CONSTITVTIONES SYNODALES, ET DECRETA CONDITA.

A Reuerendiſsimo D. VSIMBARDO Vſimbardio Epiſcopo Collenſe Primo in Diœceſana Synodo.

Habita in Cathedrali Eccleſia Collenſi die 16.17.18. Menſis Iunii 1594.



FLORENTIAE,

Apud Michaelangelum Sermartellium. B.F.

M. D. XCV.

Digitized by Google

Digitized by Google

VSIMBARDVS VSIMBARDIVS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS gratia Epiſcopus Collenſis Primus.

Clero, & Populo Collenſi ſalutem in Domino.

QVAM de animarum ſalute curam ſolicitudinemq; Paſtorale munus coniunctam habet, hanc non minus quàm præſentem dignitatem immenſa Dei gratia & ſumma Sedis Apoſtolicæ auctoritate ad me delatam cum ſuſceperim, facere non poſſum, quin & noctes & dies quæcumq; ad vtilem, ac ſalutarem ouium Chriſti tractationem maxime interſunt, excogitem, eademq; excogitata in lucem proferam: Vt enim theſauro abſcondito nulla eſt vtilitas, ita conſilia vel optima, ſanctiſsimaq; nihil, quandiu latent, vtilitatis afferunt. In huiuſmodi autem cogitationibus, curiſq; verſer nec ne, ex hoc facile intelligere potuiſtis, quod vix magnum hoc onus, & Angelicis humeris, ne dum meis formidandum ſubieram, vt vos omnes ad me coegerim, quò de remediis hominum ſaluti adhibendis quæreremus, quæſita conſultaremus, ac tandem conſultata decerneremus. Et ſanè Deo nobis propitio acute quæſiuimus, ve-

Digitized by Google

rius conſultauimus, atq; feliciſſime plurima, maximaq; remedia decreuimus. Quoniam verò ſapientis eſt nõ præſentibus tantũ conſultum velle, ſed poſteris omnibus decet eum proſpicere, & (vt aiebat eloquentia pari cum ſapientia præditus Cicero) noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent, immortalibus literis noſtra decreta tradenda duxi non modò ne quemquam eorum qui noſtræ Diœceſanæ Synodo interfuere, noſtrarum conſtitutionum vlla capiat obliuio cum impreſſas præ manibus habeat, verum etiam vt qui noſtram ætatem ſequentur habeant quo ſpectent, & quo modo ſe & alios regere, gubernareq; debeant non ignorent. Accipite igitur noſtram hanc Synodum excuſſam, & (vt Horatianis verbis vtatur) noſtra hæc decreta nocturna verſate manu, verſate diurna, ad eaq; veſtram effingite vitam, non ſolum quia de iis vna & mente, & voce conſenſiſtis nec enim quæ ſunt verbis à quocumque conditæ leges, factis eas reſcindere illi conuenit, verum & quia vobis ea ſeruantibus poſteri quoque ſeruabunt: nam non minus perbelle quàm verè dictum eſt, quod in prouerbium abiit, à boue maiore diſcit arare minor. Ac profectò tantum habent momenti exempla, vt vnius exemplum ad bene agendum magis impellat quàm mille Imperatorum leges, quodq; exemplo fit, iuſtius fieri videtur quàm ſi fieret legibus. Quæ mecũ igitur dictis ſanxiſtis, eadem mecum operibus confirmatote, vt ad æternam gloriam in cœlis vnicuiq; paratam viam nobis munire queant. Valete & ſalute in Domino.

Dat. Colle in AEdibus noſtris Idibus Octobris. 1594.

Digitized by Google

DE FIDEI PROFESSIONE
RVBRICA PRIMA.

CAP. I.

SCVTVM fidei (ſine qua impoſsibile eſt placere Deo,& ad filiorum eius conſortium peruenire) cum ædificij noſtri ſpiritualis initium & fundamentum ſit, ac radix omnis noſtrę iuſtificationis, in hac prima noſtra Diœceſana Synodo harumque conſtitutionum exordio, vt ipſę firmiori fundamento cõſtent, Nos ſumere, ab aliiſq; omnibus in Synodo intereſſentibus ſumi, mirum in modum exoptantes, vt facilius nequiſsimi hoſtis ignea tela extinguantur, felixq; principium, feliciorémque progreſſum per Dei gratiam Synodus ipſa habeat, Patrum exempla in hoc ſecuti, ac ſacrorum Conciliorum conſuetudinem, quæ ſcutum iſtud in principio ſuarum actionum apponere conſueuere, Symbolum fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur, quę omnium fidelium Mater & Magiſtra eſt, ac totius orbis principatum obtinet, tanquam principium illud in quo omnes qui Chriſti fidem profitentur neceſſariò conueniunt, ac ipſius fidei profeſsionem formulam à Pio IIII. fel. rec. præſcriptam per ſuam conſtitutionem incip. in Sacroſancta ab omnibus huic ſacræ Synodo intereſſentibus firmiſsimo mentis aſſenſu complecti, ac verbis, oreque palàm, & publicè emitti decernimus; cuiuſquidem Symboli ac fidei profeſsionis forma, & tenor, eiuſmodi eſt.

Ad Hebreos 11. B. 6. Cõc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 8.

Conc. Trid. ſeſſ. 3. decr. de Symb. fidei.

Cap. 1. de Sũma Trinit. & Fid. Cathol. in 6.

Ædità Idib. Nouemb. 1564.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia, & ſingula, quę continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet, Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem,

Digitized by Google

tentem, factorem Cęli & Terrę, viſibilium omnium, & inuiſibilium: Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſęcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero; genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt; Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cęlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt: Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in cęlum, ſedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos; cuius regni non erit finis: Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit; qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas: Et vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicā Eccleſiam: Confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum: Et expecto reſurrectionem mortuorum: Et vitam venturi ſęculi. Amen.

Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſq; eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſsime admitto, & amplector.

Item ſacram Scripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sācta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam vmquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe vere, & proprie ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto, Domino noſtro, inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria. ſ. Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pęnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferri, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe, Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicę ritus, in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto; omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

pro-

Digitized by Google

Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium, pro viuis, & defunctis, atque in ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramẽto eſſe, vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ, panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi: Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, Animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari, Similiter & Sanctos vna cum Chriſto regnantes, venerandos atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſsime aſſero imagines Chriſti, ac Deiparę ſemper Virginis, necnon aliorũ Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe, affirmo: Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici, beati Petri, Apoſtolorum Principis, ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro: Cętera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipue à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hęreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego, pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſsime (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

CAP. II.

Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 12. de refor. gen.

AT quoniam prouiſi omnes de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, & de beneficiis quibuſcumque curam animarum habentibus etiam ſi commendatarij ſint fidei publicam profeſsionem facere tenentur, Statuimus vt ipſimet prouiſi à die adeptæ poſſeſsionis ad minus intra duos menſes in manibus noſtris, vel Vicarij noſtri generalis eam fidei profeſsionem palàm, & publicè faciant, ita tamen vt dignitates, & Canonici etiam in Capitulo eandem fidem profiteantur; alioquin prædicti omnes prouiſi fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſsio ſuffragetur. Quod ſi Capitulum in ea recipienda negligens fuerit, pro modo culpæ arbitrio noſtro punietur.

CAP. III.

Incip. in Sacroſancta. Greg. XIII. ita ordinauit ex ſententia ſacræ Congr. Conc. Anno 1577. 3. Non. Aprilis.

DEcernimus quoque eiuſdem Conſtitutionis Pij IIII. ac cuiuſdam declarationis Gregorij XIII. auctoritate innixi, vt Confeſſarij omnes, & Verbi Dei Concionatores, ſacræ ſimul Theologiæ, ac Canonicæ, & Ciuilis cenſuræ, nec non Medicinę, & Philoſophiæ lectores, & quaſcumque artes ingenuas, ſeu literarias etiam Arithmeticam, & Muſicam quouis modo vel nomine publicè vel priuatim domi ſuæ vel alienæ docentes, etiam ſi Regulares, ſeu Pedagogi ſint, nec non Medici, & Chirurgici artem ipſam exercentes, antequam munus confitendi, concionandi, legendi, docendi, aut medendi reſpectiuè incipiant, ipſam fidei profeſsionem facere teneantur preuio proceſſu, ſeu debita informatione quantum Nobis ſatis eſſe videbitur ſuper eorum Religione ac fide catholica, alioquin pœnas in præcitata conſtitutione contentas, & alias arbitrij noſtri incurrant. Quod vt facilius aſſequamur, parochis omnibus Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ mandamus atque præcipimus, vt Confeſſarios, Magiſtros, Lectores, Medicos, & Chirurgos eo ad præſens confitendi, legendi, docendi, aut medēdi munere in eorum

paro-

Digitized by Google

parochiis fungentes intra menſem ab harum conſtitutionum publicatione computandum moneant, vt ad dictam fidei profeſsionem emittendam corám Nobis, vel Vicario noſtro ſe conſtituant, interimque eos munus prędictum exercere prohibeant, & de cętero neminem (præmiſsis non ſeruatis) ad aliquod prædictorum exercendum admittant ſub arbitrij noſtri pœna.

CAP. IIII.

DE profeſsione prędicta per Cancellarium curię noſtrę ad perpetuam rei memoriam publica conficiantur inſtrumenta iuxta formam in ipſa conſtitutione traditam, deſcribanturque in libro ad hunc vſum parato, vnà cum profitentis ſubſcriptione, liber autem in Archiuio noſtro diligenter cuſtodiatur.

CAP. V.

MAgiſtri verò ac lectores prędicti nullo pacto libris ab Ethnicis conſcriptos, & obſcena, ac turpia tractâtes pueris legendos, aut interprętandos proponant, qui & ſi ob ſermonis elegantiam, & proprietatem permittantur, nulla tamen ratione pueris perlegendos eſſe decernitur, nè ob loquendi libertatem, quæ ad mores minimè confert, flexibilis illa ætas ex eorum auditu ita corrumpatur, vt ad mundi voluptates ſequendas pronior quàm ex ſui natura ſit, vtique reddatur, & præſertim cum libri religioſi non deſint, qui ſi pueris perlegerentur, & ſermonis elegantiam, & chriſtianos mores eodem tempore addiſcerent. Ne autem ipſos puerorum magiſtros, quæ eorum partes ſint lateat, quid in Concil. Lateran. ſub Leone X. ſtatutum fuerit hic inſerendum curauimus; Cuius quidem ſtatuti, ſeu decreti tenor eiuſmodi eſt.

In Indice lib. prohib. in 7. reg.

Seſſ. 9. cap. 7.

Statuimus, vt Magiſtri Scolarium, & Pręceptores pueros ſuos ſiue adoleſcentes ne dum in Grammatica, & Rhetorica, cęteriſue huiuſmodi inſtruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quę ad Religionem pertinent, vt ſunt pręcepta

Digitized by Google

cepta diuina, Articuli fidei ſacri hymni & pſalmi, ac ſanctorum vitæ: Diebus feſtis nihil aliud eos docere poſsint quam in rebus ad religionẽ, & bonos mores pertinentibus, eoſque in illis inſtruere, hortari & cogere in quantum poſsint teneantur, & ne dum vt ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas diuinaque officia audienda ad Eccleſias accedant; ſimiliter ad ſermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eos legere permittant.

DE ABVTENTIBVS SACRA Scriptura. Rubr. II.

CAP. VNICVM.

Seſſ.4.de editio,& vſu ſacr.lib. §.Poſt hæc.

VENERANDA ſacraq; ſanctæ ſcripturæ verba ſacrilego impioq; proferre ore, aliiſque profanis, impudicis, ac ridiculis miſcere ſermonibus non tãtum antiqua, ſed etiã quæ ſunt deinceps habita deteſtarunt Concilia, & inter alia Tridentina. Hanc igitur hominum temeritatem de medio tollere, ac penitus abolere cupientes; Quibuſcumque huius Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ Collen. Viris, & Mulieribus ſub pœnis à iure inflictis, & aliis pro modo culpæ arbitrio noſtro infligendis præcipimus, ne ſacræ ſcripturæ verba, ſeu ſententias ad ſcurrilia, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias, & diabolicas incantantiones, diuinationes, ſortes, libellos famoſo, aliaque ſimilia profana in ipſius ſacræ Scripturæ irreuerentia, dedecus, & contemptum conuertant, aut torqueant.

DE

DE FIDEI INITIIS A PARO-chis tradendis. Rubr. III.

CAP. VNICVM.

PAROCHI (prout eis à ſacro Conc. Trid. præcipitur) Dominicis ſaltem aliiſque feſtis diebus in Ciuitate,& Caſtris à prandio, Ruri verò,vt commodius parochianis,& populo Parochi eſſe cenſebunt, pueros puellaſue, ſeparatim tamen, in eorum Eccleſiis fidei rudimenta,& obedientiam erga Deum & parentes doceant, patreſque, matres, alioſue ſub quorum cura præfati pueri,ac puellæ viuunt,moneant,& hortentur,vt eos diebus prædictis poſt datum campanæ ſignum ad Eccleſias tranſmittere curent, & nolentes compellant. Quod ſi parochi facere neglexerint grauiter à Nobis punientur.

Seſſ. 24. cap. de refor.gen. §.iiſdem etiã. Fuſc.de viſit. lib.2.c.3. numero 152.

Cap. vt quiſque de vita, & hon.cler.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

Rubr. IIII.

CAP. I.

CVM maximum animarum periculum ex librorum hereticorum lectione exoriri eſperientia compertum ſit, Noſque populum nobis creditum quantum cum Deo poſſumus in vniuerſitate,ac vnitate ſanctæ, & Catholice Fidei conſeruare, ac ſtirpes omnes contra bonum ſemen euellere exoptemus ſub pœnis,& cenſuris in Bulla Cœnæ Domini,& in Indice librorum prohibitorum contentis, & aliis arbitrio noſtro infligendis præcipimus, ne quiſquam libros prohibitos, ac de hereſi ſuſpectos

In §.1.Bullę. in 10.regula.

apud

apud ſe tenere, ſeu legere præſumat. Quo circa Parochis omnibus Nobis ſubiectis mandamus, vt parochianis ſuis ex parte noſtra præcipiant, vt intra duorum menſium ſpatium poſt harum conſtitutionum publicationem librorum omnium quos habent Nobis, aut Vicario noſtro generali inuentaria præſentent ſub pœna arbitrij noſtri librorumque amiſsionis. Quod idem ſub iiſdem pœnis directe obſeruari iubemus ab omnibus Diœceſim noſtram ingredientibus, & ab ea diſcedentibus in eorum ingreſſu, & diſceſſu.

In Indice lib. prohib. vbi ſupra.

CAP. II.

Libros venales nemo exponere, aut retinere in Ciuitate, & Diœceſi noſtra ſub iiſdem pœnis audeat ſiue impreſſi ſint, ſiue manuſcripti abſque noſtra, vel Vicarij noſtri licentia in ſcriptis obtenta, quæ quidem gratis ſemper concedetur, ſi concedendam eſſe cenſuerimus.

In Ind. vbi ſupra.

DE RELIQVIIS SANCTORVM, & earum veneratione, & de Miraculis. Rubr. V.

CVM Sancti, qui cum Chriſto Domino ſemper coniunctiſsimi viuunt, viua, & vera ipſius Chriſti membra fuerint, & Spiritus ſancti templum, cumque per eos multa nobis beneficia à Deo pręſtentur, ſacris eorum reliquiis, & cineribus maximam venerationem ſummumq; honorem deferre debemus; vt autem quantum cum Deo poſſumus id in Ciuitate, & Diœceſi noſtra aſſequamur, in hac prima noſtra Synodo hæc ſtatuere, & ordinare decreuimus.

Digitized by Google

CAP. I.

IN illis Eccleſiis, vbi Sanctorum reliquiæ ſunt (ſi id commodè fieri poterit) pro ipſis aſſeruandis Armarium in loco conſpicuo, & decenti panno ſerico circumueſtitum conſtruatur, vbi in vaſis, ſeu tabernaculis argenteis vel ære, aut ligno confectis, & decenter elaboratis & ornatis diligentiſſime ipſę Reliquiæ recondantur cum ſanctorum illorum inſcriptione, quorum Reliquiæ intus conditæ ſunt, ac ſub ipſo armario, vt omnibus quid ibi aſſeruetur innoteſcat, inſcribatur, Sanctorum Reliquię. Vbi verò armarium commodè conſtrui non poterit, in alio loco honeſto, & conſpicuo piis imaginibus egregiè ornato recondantur, & ſi propè Tabernaculum Sanctiſsimę Euchariſtiæ non erunt, lampas ante ipſas habeatur, quę iugiter accenſa præluceat ſaltem tempore diuinorum officiorum, Armarium autem ipſum, ſeu locus ille, vbi Reliquiæ reconditæ erunt, fidis ſeris, & clauibus clauſa ſemper maneant, claues verò penes pios, religioſoſque viros perpetuò cuſtodiantur.

Lel. Zecch. de Epiſt. c. 6. num. 24. verſ. Tertio loco.

CAP. II.

CVM ipſę Sanctorum Reliquię erunt populo oſtendendę per ſacerdotem ſuperpelliceo, ſtola, & pluuiali etiã indutum, vbi pluuiale non deſit, ſola pietatis, non quæſtus gratia incenſatione præmiſſa, ac luminibus accenſis piè deuoteque oſtendantur, & cum proceſsionaliter feruntur, id ſub vmbella pluribus intortitiis, ſeu funalibus accenſis, ac clero pios hymnos decantante, præuiis ſemper fiat, & dum in Altare conſiſtunt, quatuor ad minus lumina ante eas pręluceant, & ab vno ſaltem Clerico ſacris initiato perpetuo cuſtodiantur, qui eas à laicis tractari, aut tangi nullo modo permittat.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. de vener. Inuoc. & reliq. &c. Lel. Zecch. vbi ſupra.

CAP. III.

EX loculis, ſeu vaſculis, vbi reconditæ ſunt nunquam educantur, ſtatis tantum diebus populo oſtendantur, venales,

C. ſi. de rel. & vener. ſanct. L.

Nemo C. de ſacroſ.Eccleſ.

c. Corpor. de conſecr.diſt 1.

Ex literis Gregor. 13 editis die 15. Febr. 1583.

venales, nullatenus exponantur, nemini donentur, nec præterquam in quibuſdam ordinariis Eccleſiarum proceſsionibus (ſi ita ſe conſuetudo habeat) de Eccleſia in Eccleſiam, aut de loco ad locum extra Eccleſiam transferantur, ſub pœna excommunicationis, aliiſque pro modo culpæ arbitrio noſtro infligendis pœnis.

CAP. IIII.

Trid. Concil. vbi ſupra.

Fuſ.libr. 1. c. 8.num. 13.

CAVEANT fideles, nè Reliquiarum Viſitatione ad commeſſationes, aut ebrietates abutantur, neue falſas reliquias pro veris adorent, ſeu venerentur, neue eas ſecum portent. Id enim periculoſum admodum eſt ob humanæ naturæ fragilitatem.

CAP. V.

Concil. Trid. vbi ſupra.

Conc. Senonen.in decretis morum c. 40.

d.c.fin.

CVM Epiſcopi munus ſit de Reliquiarum, ac miraculorum veritate decernere, propterea ſub pœna excommunicationis latę ſententię, vt nemini liceat vllo in loco vel Eccleſia Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ etiam quomodolibet exempta noua miracula prędicare, aut Reliquias nouas adorandas, ſeu venerãdas populo proponere, vel recipere abſq; noſtra ſpeciali in ſcriptis obtenta licentia.

CAP. VI.

Concil. Magunt.p.c.36.

SI in aliqua parochiali Eccleſia alicuius Sancti Reliquiæ inſignes fuerint, diem in quem ipſius Sancti Natale incidit ſolemniter ab ipſius Eccleſiæ parocho celebrari, & à parochianis pro feſto haberi, & ſeruari volumus, & mandamus: Quod ſi in alia Eccleſia non parochiali fuerint ab ipſius Eccleſiæ Rectore, & à parochianis illis, qui illius parochiæ ſunt, in qua ſita eſt Eccleſia illa, idem fieri volumus, & mandamus.

Digitized by Google

CAP. VII.

VT fideles virtutem ac fidem ſanctorum imitari ſtudeant, parochorum partes erunt diligenter eos inſtruere iuxta Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum de veneratione, & honore Sanctorum Reliquiis præſtandis, & ne in præmiſsis errent, parochi præcedentia decreta aliquando intra Miſſam parochianis ſuis vulgari idiomate promulgabunt.

Seſſ. 25. de Inuoc. ven. &c. Conc. Nicen. 2. ferè p tot.

DE SACRIS IMAGINIBVS, Sanctorum inuocatione Repræſentatione, ac Oratione Quadraginta Horarum. Rubr. VI.

CAP. I.

CVM Sancta Tridentina Synodus inter alia Epiſcopis omnibus; cęteriſq; docendi munus & curam ſubſtinentibus mandet, vt iuxta Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum à primęuis Chriſtianæ Religionis temporibus receptum, ſanctorumque patruum cōſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta de Sanctorum interceſsione, inuocatione, veneratione, & legitimo imaginum vſu fideles diligenter inſtruant; Propterea Nos, qui ipſius Tridentinæ Synodi pręceptum in hac Ciuitate, & Diœceſi noſtra Collenſi exequi ſummopere deſideramus, ſub pęnis arbitrio noſtro infligendis parochis præcipimus atque mandamus, vt populares ſuos ſæpe inter Miſſam ex Cathechiſmos Romano doceant, quomodo Angelici illi ſpiritus, qui perpetuò Deum intuentur, patrociniumque ſalutis noſtræ ſibi delatum libentiſsime ſuſcipiunt, & Sancti qui cum Chriſto ſine fine regnant, & orationes ſuas pro nobis aſsi-

par. 3. de primo præcepto cap. 2.

Digitized by Google

duè Deo offerunt, venerandi, & inuocandi ſint, ita vt eos quoque inſtruant Angelos & Sanctos ipſos gratiam, & gloriam per ſe concedere non poſſe, & ſi precentur, ſed Deum Opt. Max. eorum interceſsionibus hæc omnia (quando ipſi expediri videtur) elargiri.

CAP. II.

Cath. vbi ſupra.

IN id tamen incumbant Parochi præſertim rurales, qui vt plurimum præfecti ſunt rudibus, Imaginum ipſarum inſtitutum ignorantibus, vt populares ſuos doceant Imagines factas ad vtriuſque teſtamenti cognoſcendam hiſtoriam, atque eius memoriam identidem venerandam, qua diuinarum rerum memoria excitati ad colendum, atq; amandum ipſum Deum vehementius inflammemur, Imagineſq; ipſas in templis poſitas eſſe vt colantur, & exemplo moniti ad eorum vitam, ac mores nos ipſos conformemus, & ne more gentilium, qui in Idolis ſpem ſuam collocabant, in aliquem labantur errorem, eos diligenter & accuratè inſtruet, Imagines tàm Chriſti, quàm Deiparæ Virginis, aliorumue Sanctorum venerandas eſſe, honoremq; eis eſſe impertiendum, non quod in eis aliqua inſit diuinitas, ſeu virtus, quarũ cauſa colendæ ſint, vel quod ab eis, prout Imagines ſunt, aliquid peti poſsit, vel quod fiducia ſit in eis figenda, ſed vt ſalutatio illa, & honoraria adoratio, quę eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repręſentant, ita vt per Imagines quas oſculamur, coràm quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorum illę ſimilitudinem gerunt, veneremur. Qua autem adoratione Deus, Chriſti Crux Claui, & alia paſsionis miſteria, & qua Beata Virgo, Sancti, & eorũ Reliquię adorari, ſeu venerari debeant Parochi parochianos ſuos inſtruere non prætermittent.

Conc. Senonen. Decreto fidei c. 14. C. Venerabilis, diſt. 3. Conc. Conſtantinop. 4. cap. 3. Conc. Trid. vbi ſupra. §. Imagines porrò. Ex 2. Synodo Nicenæ act. 3 in fin. act. 5. in fine, act 6. & fere p tot.

CAP. III.

Nauar. in Manual. prælu-

ET quoniam innumeri reperiuntur, quorum multi forſan non deerunt in hac Ciuitate, & Diœceſi, qui, & ſi bona fide, falsò tamen imaginantur animas humanas corpore

pore exutas paruulas quaſi infantes eſſe, eò quod frequenter legunt, vel audiunt Sanĉti Pauli primi Eremitę Animam à Sanĉto Antonio viſam fuiſſe in infantili figura, per Angelos in Cœlum deferri, & alias ab aliis, prout etiam falsò, licet ſimpliciter credunt Angelos infantulos, & aligeros eſſe, Deumque ipſum Patrem figuræ cuiuſdam viri grauis, & ſeneſcentis, & Spiritum ſanĉtum Columbam, eò quod ipſos paſsim ſic depiĉtos ac repręſentatos vident; Propterea Parochi omni ſtudio curent, vt à ſuorum parochianorum cordibus huiuſmodi falſas imaginationes amoueant, quod facile aſſequentur, ſi poſtquam ipſis declarauerint Deum Patrem, Spiritum ſanĉtum, Angelos & Animas, qui ſub aſpeĉtu non cadunt qui corporis expertes non ſunt, qui nulla figura deſcribi queunt, exprimi non poſſe, eos erudient, illis quibuſdã ſignis proprietates aliquas, aut aĉtiones quæ Deo, quæ Spiritui ſanĉto, quæ Angelis, Animabuſque iuſtis tribuuntur, declarari, nempè quod ideò Angelis tùm humana ſpecies, tùm affiguntur, vt fideles intelligant, eos eſſe adminiſtratorios ſpiritus in humanum genus valde propenſos, & paratos ad Miniſteria Domini exequenda, & quoniam in ea effigie aliquando viſi ſunt.

dio. 1. nu. 10. verſ. 9.

Ad hebr. D. 14.

Syn. Nicen. 2. aĉt. circa medium.

CAP. VIII.

VT autem in omnibus debitus cultus, & honor ipſis imaginibus exhibeatur, in ipſoque cultu, & honore eis exhibendo omnis excludatur error, & erroris occaſio, pręſenti conſtitutum Synodi Tridentinæ, ac prouincialis Florentinæ decretis inhærentes ſtatuimus, vt nemini liceat vllis in locis, & ſi domus propriæ eſſent, aut Eccleſiis etiam quouis modo exemptis, vllam inſolitam imaginem abſque noſtra, vel Vicarij noſtri generalis obtenta licentia ponere vel ponendam curare; Vtque in ipſis Imaginibus effingendis de cætero nihil profanum, nihil inhoneſtum, nihil laſciuum, nihil præpoſterè, aut tumultuariè accommodatum adhibeatur, nihilque quod veritati ſcripturarum traditionum, aut Eccleſiaſticarum hiſtoriarum aduerſetur, nè cui eius leĉtio prohibetur, eius Imago

Vbi ſupra.

Syn. Flor. de ſac. Imag. c. 1.

Conc. Conſtantinop. 3. c. 100.

Conc. Senon. in decretis morum c. 40.

Digitized by Google

populo proponatur, alioqui tam imagines ipſas ponentes, effingentes, poni & effingi curantes, quàm parochi & alij Eccleſiarum, & piorum locorum Rectores ipſas poni permittentes, graui punientur pœna. Quod ſi aliquæ antea pictæ non videantur ferendę ob incuriam vel temeritatem artificum, aut deleantur, aut aliqua ratione corrigantur.

CAP. V.

PICTORES autem, & Sculptores in prædictis imaginibus effingendis, curent ita ipſas effingere, vt ſingulę partes ad ſanctitatem prototypique dignitatem conueniãt, vt ſic aſpicientium pietas excitetur, & turpis etiam cogitationis occaſio remoueatur. Quod ſi contrafecerint pœnas arbitrij noſtri luent.

Fuſc. libr. 1. c. 9. num. 3.

CAP. VI.

PAROCHI, aliarumue Eccleſiarum, & piorum locorum Rectores nullo pacto in eorum Eccleſiis, nec alibi Cruces, Sanctorumque Imagines humi, aut in immundis, ſordidiſque locis, ne debito cultu, & honore fraudentur ſculpi, aut pingi permittant, pictas autem & ſculptas infra menſem deleant, eæ verò quæ temporis vetuſtate deformatæ, ac corroſæ ſunt, vt de facili refici, & inſtaurari non poſſint, ab ipſis comburantur, ſi ex materia combuſtibili ſint, & cinis in ſacrarium proiiciatur; ſin autem, in loco ſacro eas humari curent ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

L. Vnic. C. nemini lic. ſign. ſal. &c. Conc. Conſtãtinop. 3. c. 73.

CAP. VII.

PROHIBEMVS ne in Eccleſiis, & Altaribus Imagunculæ quædam paruæ fucatæ, (quæ vt plurimum in Eccleſiis Monialium haberi ſolent) de cœtero ponantur, prout etiam Sanctorum, ac Sanctarum Imagines profanis, ac meretriciis ornamentis exornari prohibemus, ne populus per ipſa ad turpia deſideranda moueatur. Imagines verò brutorum animalium, quæ in Eccleſiæ parietibus voti cauſa

Zecch. vbi ſupra, num. 24. ver. 4. Videat. Nauar. in Manual. cap. 11. num. 27. Fuſc. vbi ſup. num. 11.

Digitized by Google

cauſa aliquando pingi ſolent, amplius non pingantur, & ſi pictæ ſunt, omnino deleantur. Imagines verò brutorum animalium quæ in Eccleſiæ parietibus voti cauſa aliquando pingi ſolent, amplius non pingantur, & pictæ omnino deleantur.

CAP. VIII.

ET ſi paſsionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Martirum certamina, aliaque Sãctorum geſta repręſentare à Maioribus noſtris inductum ſit, vt populus ad pietatem, & religionem magis accendatur, cum contrarium potius in dies magis euenire experientia doceat. Statuimus, vt nulli Clerico ſeculari vel Regulari, nullique laico, nec etiam Monialibus, Domini Noſtri Saluatoris paſsionem, aut Sanctorum, & Sanctarum geſta, certamina, vel martiria ſiue publicè, ſiue priuatim, ſiue in ſacro, ſiue in profano loco quouis pacto abſque noſtra in ſcriptis obtenta licentia ſub carceris, ac pecuniaria pœna in poſterum repręſentare liceat. Fuſc. libr. 1. 26. per tot.

CAP. VIIII.

FORMAE illæ cereæ quas Agnus Dei à figura in eis imprę́ſſa nominamus, quæ à Summis Pontificibus ſolemni ritu benedictionis non ſolum primo, ſed etiam ſeptimo quoque Pontificatus eorum anno conſecrari ſolent, vt purę & mundæ benedicuntur, ita etiam ab omnibus magna pietate, ac congruenti reuerentia teneantur, & conſeruentur, non minio notatæ, vel auro, coloreue vllo depictæ, cum id ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis pœnis arbitrio Ordinariorum infligendis prohibuerit Gregorius XIII. fel. rec. Qui etiam ſub iiſdem pœnis prohibuit, ne quiſquam eas venales proponat, aut retineat. Per ſuã Cõſt. edit. 8. Calen. Iunij 1572. quæ incip. Omni certe ſtudio.

CAP. X.

ORATIO (quæ Quadraginta Horarum dicitur) nullibi de cętero, nec in Ciuitate, nec extrà per Diœceſim Si cõcedatur, quid tunc ſta.

Digitized by Google

ſim habeatur niſi noſtro vel Vicarij noſtri, conceſſu, Id enim gratis, & de facili illis in locis concedetur, vbi honorificè, eademque pietate, ac religione retineri poſſe iudicabimus, qua inſtitutam eſſe non ignoramus.

Hęc Synodalia decreta, & præſertim quæ laicorum negocium tangunt, à Parochis quamprimum poſt ipſorum publicationem in Eccleſiis promulgentur, & inde bis, ſaltem, ſingulis annis.

tuendum ſit, colligitur ex Fuſ. de viſit. lib.1.cap.16. num.18.& ex Conc. prouincial. Mediol. 1.par. 2.tit. Quæ pertinent ad ſacrã Euchar.

DE ECCLESIÆ CONSTRVCtione eiuſque ſupellectili. Rub. VII.

SI in Principum domibus conſtruendis, & exornandis tanta cura, & diligentia adhiberi ſolet, vt nihil prætermittatur quo minus omnia munda ſint, nihilque reperiatur quod ingredientium oculos offendat, Regiſque ſplendorem, & magnificentiam declarare non valeat; Et ſi in illis conſeruandis nec labori, nec ſumptui parcatur, quãta ſanè vigilantia labor, atq; induſtria adhibenda ſit in conſtruendis, exornandis, & conſeruandis Eccleſiis ex hoc facilè percipi poteſt, In illis enim homines habitãt, in his verò Diuinæ Maieſtati complacuit habitare. Quare (vt qua maiori poteſt decentia) Eccleſiæ in Ciuitate, & Diœceſi noſtra Collenſi conſtruantur, exornentur & conſeruentur, expediens admodum eſſe, munerisque & officij noſtri debitum exigere in hac prima Synodo cogitauimus, aliquibus conſtitutionibus, ac decretis, iis omnibus, quæ ad Eccleſiarum decorem & ornatum quouis modo pertinere poſſunt, opportunis adhibitis remediis prouidere, vt vnuſquiſque beneficia quæuis Eccleſiaſtica obtinens facile intelligat, quæ ſibi neceſſario prouidenda, ac paranda ſunt, vt muneri ſuo ſatisfaciat.

EC-

Digitized by Google

CAP. I.

ECCLESIA igitur ſit firmiter tecta, pauimentum integrum & oportunum habeat, ſit intus dealbata, vel piè picta, feneſtras habeat vitro, vel ſaltem tela, quæ cera illita ſit, munitas, nè auibus, pluuis, & ventis pateat aditus, & ingreſſus, & quot ad conueniens lumen ipſi Eccleſiæ præſtandum ſatis ſint; Oſtiorum valuæ bene firmæ, fabrilique opere ornatæ, nec non paſſulis, feris, & clauibus grandiuſculis munitæ non deſint, ſitque ex omni ſui parte benè compoſita, clauſa, & parietibus vndique bene conſtructa.

Fuſc. de viſit. l. 1. c. 10. nu. 4. Michael Timot. de viſit. lib. 2. tract. 1. cap. 11. Zecch. de Epiſcopis, c. 6. nu. 24. verſ. 7. viſitet corpus. Paul. Sal. de viſ. p. 2. c. 12.

CAP. II.

ARBORES, ſtirpes, vites, hederæ, omneque herbarum genus, quæ vt plurimum in Eccleſiarum ruralium parietibus ſuccreſcere ſolent, ipſarumque ruinam producere, ſuccidantur, & de cœtero Eccleſia ipſa interius exteriuſque munda ſeruetur.

Salod. d. cap. 12.

CAP. III.

SIT in ea Altare maius in eminentiori, ac digniori ipſius Eccleſiæ loco, omnibus neceſſariis iuxta ea quæ inferius præſcribentur prouiſum, nec non Chorus capax pro ſacerdotum, clericorumque numero, ſitque à ſtatione populi ſecluſus, & ab anteriori, vel poſteriori parte Altaris maioris ratione Eccleſiæ iudicio Architecti, ſitque adeò apertus, & conſpicuus, vt populus Clericorum pietatem intuens, ſtataſque cęremonias contemplans, quomodo in Eccleſia verſari debeat facilè appręhendere queat.

Fuſc. vbi ſup. num. 12. Salod. par. 2. cap. 13. Timot. vbi ſupra.

CAP. IIII.

IN vnaquaque parochiali Eccleſia in interiori frontiſpicio (ſi ibi commode aptari poſſit) alioqnin in alio ipſius Eccleſię conſpicuo loco, pia Crucifixi decens Imago, lignea

Salod. & Zecch. vbi ſupra.

C ſaltem,

Digitized by Google

ſaltem, eius magnitudinis, vt ab omnibus Eccleſiam ingredientibus facilè perſpici, indeque adorari queat, altè tamen collocetur, nigro vel albo, alioùe pro ratione temporum velo tegenda, &, vbi populus numeroſus ſit, pulpitum ſeu ſuggeſtum decens & commodum, ac in ipſius Eccleſiæ gremio adſit, vnde concio habeatur: Sintque pariter Confeſsionalia pro Confeſſorum numero, vnum vel plura, ad præſcriptum in loco ipſius Eccleſiæ conſpicuo & aperto, vbi Confeſſor à ſuperiori parte Eccleſiæ ſemper ſedeat, Pœnitens verò ab inferiori genuflectatur, iiſque Bulla in Cęna Domini legi ſolita, ſiue eius Bullæ ſummarium, caſuſque Nobis reſeruati, & abſolutionis pro ipſo Confeſſore, piaque aliqua Imago pro ipſo pœnitente aſsiduè affixa, conſpiciantur.

Fuſc. vbi ſup. num 11. Timot. vbi ſupra c. 14. Zecch. vbi ſupra.

CAP. V.

VAS vnum vel plura marmorea, vel ſaltem lapidea decentia ſecundum ipſius Eccleſiæ amplitudinem, portarumque numerum parua aliqua columna ſuffulta ad aquam benedictam conſeruandam, quam Eccleſiam ingredientes, ab eaq; egredientes aſpergantur intus in ipſa Eccleſia, & ipſius Eccleſiæ ingreſſu à latere dextro poſita ſint. Quod ſi aliquid in Ciuitate, vel Dioceſi extra Eccleſiam reperitur, hinc ad menſem omnino tollatur.

Fuſc. ibidem, num. 9. Timot. ibid. cap. 16. Zecchius, vbi ſupra.

CAP. VI.

TABERNACVLVM decens pro Sanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento ſeruando, cæteraq; ad ipſius Sanctiſsimi Sacramenti adminiſtrationem neceſſaria in Eccleſiis curatis habeantur; & vbi Sacroſanctum Baptiſmi Sacramentum confertur, fons baptiſmalis forma decenti fabricatus, neceſſariiq; prouiſus non deſit, iuxta ea quæ inferius ſuis locis de vtroq; ordinabuntur.

De cuſtodia, ac Tabern. Sanctiſs. Euchariſt. De Fontib. Baptiſ.

CAP. VII.

PRO Eccleſiaſticis ſupellectilibus conſeruandis adſit Sacriſtia, ſi vires Eccleſiæ patiantur, alioquin capſæ ſeu

armaria

armaria in Eccleſia retinenda ad præſcriptum conficiatur: Campanile cum campanis decentibus pro modo facultatũ non deſit, Campanæ autem benedictæ ſint, horiſq; congruis, prolixius tamen diebus feſtis, & Dominicis ad conuocandum populum ad diuina tantum, non autem ad aliquod profanum ſignificandum pulſentur, ſub arbitrii noſtri pœna. In parochialibus Eccleſiis ſi tres campanæ haberi nequiuerint, grandior, media, & minima, duo ſaltem habeantur diſtincto ſoni concentu inter ſe recte conſonantes, iuxta variam diuinorum officiorum celebrationem: In ſimplicibus verò Eccleſiis & Oratoriis vna tantummodo habeatur campanula.

Infra de Sacriſta, cap. 4. Ful. libr. 1. c. 14. num 5. 9. 15. & ferè per tot. Zecch. d. c. 6. num. 14. verſ. octauo Viſitet infra.

CAP. VIII.

VBI Cœmeterium non eſt, nec commodè haberi poteſt, tot ſepulchra in Eccleſia opere fornicato ab Altari tribus ad minimũ cubitis diſtantia & ſolo æquata conſtruantur, quot pro ſepeliendis defunctis ſatis ſint, & ita marmoreis, vel lapideis integumentis etiam duplicibus muniantur & obturentur, vt nullo vnquam tempore fœtor ex eis, aut teter odor exhalet, & ſi quæ iam conſtructa ſunt à parietibus prominentia, vel ſupra terram exiſtentia duorum menſium ſpacio amoueantur, & ſi quæ adeò altaribus propinqua ſunt, vt vel ſub ipſa, vel eorum penetrent ſcabellum, Parochi curent, vt defunctorum oſsibus intus exiſtentibus exhumatis, & alibi, in ſacro tamen loco reconditis, ſepulchra ipſa quamprimum terra lapidibus, aut alia ſimili materia repleantur, & donec oſſa non fuerint exhumata in prædictis Altaribus ſub pœna ſuſpenſionis non celebretur.

Fuſc. d. c. 10. num. 5. Timot. d. c. infra. Zecch. vbi ſupra.

Ex conſt. Pij V. incip. Cumprimum ædit Calend. Apr. 1566. c. Non oportet de conſ. diſtinct. prima. Fuſc. de viſit. lib. 1. c. 21. numero 15.

CAP. VIIII.

SACRARIVM vbi aqua, qua corporalia, purificatoria, & ſimilia abluuntur, vbi ſacrarum Imaginum cineres, vbi aqua vetus baptiſmalis & huiuſmodi proiiciantur in vna quaq; Eccleſia inſit in cappella maiori, vel in Sacriſtia, aut in alio (vbi commodius effici poſsit) Eccleſiæ lo-

Fuſc. d. c. 10. num. 12. Timo. eo. lib. & tract. c. 30.

Digitized by Google

co, ſi baptiſmatis fonti iungi aliquo modo non poſsit, aut propè ipſum conſtrui, quod ex ſolido lapide concauatum in fundo,& ima parte foramen habeat ita latum,vt quæcunque immiſſa fuerint facile recipiantur, & in ciſternam ſub terra effoſſam defluant, ſeriſq; & clauæ communiatur.

CAP. X.

Salod.d.c.13.

IN omnium Eccleſiarum, preſertim parochialium frontiſpicio à ſuperiori parte maioris oſtii extrinſecus ſacra illius Sancti,vel Sanctæ pingatur imago (in cuius honorem conſtructa eſt Eccleſia, & ſub ipſa Imagine ipſius Sancti, ſeu Sanctæ nomen inſcribatur, niſi per inſtrumenta ſeu miſteria martyrii, aliaue ſigna quæ iuxta eaſdem Imagines effingi ſolent ipſius Sancti, vel Sanctæ cognitio habeatur, & vbi pictæ ſunt ipſæ Imagines,ſed vetuſtate quaſi cõſumptæ, vel denigratæ inſtaurentur. In culmine autem ipſius frontiſpicii crux etiam ferrea decens pro ratione Eccleſiæ collocetur.

CAP. XI.

Timot. lib.2. tract.3.cap.2. Zecch. vbi ſupra in fin. Salod.d.c.13.

FENESTRAE vnde è domibus Eccleſiæ contiguis in ipſam reſpicitur, (ſi alicubi extant) obturentur, & poſthac extrui non permittantur, & vbi in parietibus Eccleſiæ ita depreſſæ ſint, vt foris exiſtentes introſpicere poſſint,amoueantur,& altiori extruantur loco.

CAP. XII.

c. Nemo Eccleſiã c. null⁹ presbiter. c. placuit de cõſecr.diſt.1.

Concil. Trid. ſeſſ.22. de obſer.& euit. in ſac.Miſ.c.au-

ECCLESIAS, ſeu Oratoria publica ſine licentia & auctoritate noſtra ædificare, aut in ipſis Altaria, capellas, vel ſepulturas proprias, ſiue huius generis ſimilia conſtruere vel erigere, aut iam conſtructa, vel erecta deſtruere,abſq; ſimili noſtra licentia nemini liceat ſub pœna canonis, aliiſue arbitrio noſtro infligendis Fuſc. c. 1. n. 27. Nulliuſque propriæ ſedes & preſertim virorum in eis, niſi conceſſu noſtro,admittantur,vt ſcandalis,iniuriis,diſſenſionibuſq;

Digitized by Google

nibuſq; tollatur occaſio, cum huiuſmodi ſedium cauſa aliquando ad arma peruentum eſſe non ignoremus. Quæ autem iam in Eccleſiis reperiuntur, in ipſis ſtare, niſi de licentia noſtra non permittantur.

ctoritate de priuil. in 6. Fuſc. de viſit. lib. 1. c. 21. n. 14. & p tot. & l. 2. c. 11. nu. 7.

CAP. XIII.

ALTARIA omnia non ex opere ligneo, ſed ex lapidibus lateribuſue extruantur, & ſi conſecranda fuerint, tabula ſaltem lapidea ſit, & ita vndiq; conſtruantur, vt feneſtella foramenue nulla ex parte in ipſis relinquatur vbi quidquam aſſeruare poſſit; ſi quæ autem ſint quatuor, vel pluribus columellis, aut pilaſtratis angularibus ſuffulta non prohibentur, ſub iis tamen nihil reponatur, Reliquiis ſacris exceptis.

c. Altaria de cõſecr. diſt. 1. Salod. d. c. 13. & Zecchius eodem cap. 6. nu. 24. verſ. 6. vnde videntur deſumpta 4. ſequẽ. cap.

CAP. XIIII.

VBI plura ſunt Altaria, Altare maius amplioris formæ ſit, ac indigniori & eminentiori loco locatum, ſitq; altitudine à ſcabello ligneo ipſius Altaris cubitorum duorum vnciarum octo, longitudine cubitorum quinque latitudine cubitorum duorum. Altaria minora ſint longa cubitis quatuor adminus, lata duobus, alta inſtar maiorum. Scabellum autem tàm maiorum quàm minorum Altarium à fronte Altaris ſint latitudine cubitorum duorum, altitudine vnciarum octo, longitudine ita, vt ab vtroq; latere Altare cingat, & complectatur, vel ſaltem illud adæquet; & ſi Altaria conſecrata ſint, tela cerata tegantur, ſin autem Altare portatile, & (vt vulgo dicitur) petra ſacrata, cuius lapis ſit longus vnc. xx. latus verò vnc. ſexdecim ad minus, vt calicem & hoſtiam ſuperpoſitam commode, ac ſine periculo capere poſſit. Eadem tela tegatur, vt à puluere, immunditiis, laicorumq; contrectationibus præſeruentur, Altareq; ipſum portatile menſæ altaris inſeratur in medio non longius à fronte altaris vnciis octo, & ita aptetur, vt calici nullum afferat offenſionis periculum, vtque tactu digiti non difficile cognoſci queat.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XV.

ALTARIA quæ opere fornicato extructa non ſunt, vel quæ fornicem ita anguſtum habent, vt Sacerdos ibi celebrans vix contegatur integumento: è tabulis ſectilibus, aut è tela cerulea decenti modo picta, vel ex alia conuenienti materia effecto operiantur, quo non ſolum Altare, ſed celebrans Miſſam aptè contegatur; ſit autem hoc integumentum aliquantiſper ab Altari elatum, ita tamen vt facile purgari queat, & (vbi commode fieri poteſt) cancellis ferreis, vel ligneis ita ſepta & clauſa altaria ipſa ſint, vt nulla ex parte laicis, & eò minus canibus patere poſsit aditus.

CAP. XVI.

FENESTELLA in pariete, qui à tergo Altaris eſt vbi Epiſtola legitur, ex marmore ſolidoue lapide (vbi poteſt) fiat alta à ſolo duobus cubitis, cuius latitudo ſit vnc. xvj. altitudo xxiiij. & lapide tranſuerſali diſtincta, vt in parte ſuperiori peluicula vnà cum vrceolis, dum Sacrum fit, reponatur: In inferiorem verò aqua ablutionis manuum Sacerdotis ſacrum facientis effundatur; Idcirco in medio foramen habeat, vnde illa fluat in ciſternam ſuffoſſam; Clauus etiam ferreus, quo birretum Sacerdotis celebrantis ap pendatur cum ornamento ex auricalco, à latere Epiſtolæ propè feneſtellam non altius à pauimento cubitis duobus affigatur, & tintinnabulum pariete laterali, vnde euangelium legitur affixum vnicuiq; altari hæreat ad ſignum eleuationis corporis Chriſti, vel ſaltem tintinnabulum paruum geſtatorium habeatur.

CAP. XVII.

ALTARIA omnia quæ parietibus inhęrent, effigiem, ſeu (vt vocant) Iconam habeant illius Sancti vel Sanctæ, in quorum honorem ipſa altaria conſtructa ſunt egregiè pictam, aut decentem in pariete picturam; Habeant

pariter

pariter Crucem, candelabra, Mappas, aliaue neceſſaria iuxta ea, quæ inferius præſcribentur.

CAP. XVIII.

PROVINCIALIS Florentina Synodus decreuit Altaria, quibus non eſt conſtructa dos, amouenda eſſe, niſi à conſtructoribus, ſeu eorum ſucceſſoribus fuerint inſtaurata, & exornata: Propterea Nos conſtitutioni prædictæ inhærendo præſenti decreto ſtatuimus, vt ipſorum Altarium conſtructores, ſiue eorum ſucceſſores trium menſium ſpatio ab harum conſtitutionum publicatione Altaria ipſa inſtaurare, ornare, neceſſaris prouidere, dotemque talem eis conſtituere teneantur, vt eius fructus ac redditus, & pro celebratione Miſſæ bis ſaltem ſingulis menſibus in ipſis facienda, & pro neceſſariorum prouiſione ſufficiant, alioquin Altaria ipſa omnino deſtrui volumus per Eccleſiarum (vbi erecta ſunt) Rectores.

Synod. Flor. de celeb. Miſ. cap. 10.

c. Nemo Eccleſiam de cõſecr. diſtin. 1. c. Sancitũ 23. q. vlt. c. 1. de cenſibus. Fuſc. de viſitat. libr. 1. de Alta. ſine dotę non fundã. c. piæ mentis 16. q. 7. c. cum ſint de conſ. Eccl. vel Alt.

CAP. XIX.

ET quoniam reperiuntur etiam aliquæ Eccleſiæ & Altaria quibus eſt conſtructa dos, quæ tamen reparatione, & inſtauratione indigent, propterea iuxta Sacri Tridentini Concilii decreta Eccleſiarum & Altarium prędictorum Rectoribus præcipimus, vt intra idem temporis ſpacium Eccleſias, ſeu Altaria collapſa inſtaurent, & reparent ea, quæ aliqua indigent reparatione, quantum neceſsitas poſtulauerint, & reparata, & inſtaurata, in debita ſtructura conſeruent, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Refor. c. 8. ſeſſ. 21. de refor. c. 7. & 8. cap. quocũque. c. audiẽtiã. cel. 1. & c. de his. De Eccleſiis ædific. vel repar. In refor. Cleri Germani, cap. 11.

CAP. XX.

CELLVLAE ſeu cappellæ illæ (vulgo Maeſtà) quæ iuxta vias reperiuntur, & in quibus nullum ineſt Altare, nec Miſſa celebratur, Oſtium habeant cum feneſtella clatris ligneis fabricata, quod clauſum perpetuo teneatur à parochis, intra quorum parochiæ limites ipſæ ſitæ ſunt,

vel

Zecch. eod. c. 6. nu. 24. verſ. ſeptimo viſitauit corpus. Ex reſponſis ſacræ Congr. Conc.

Digitized by Google

vel ſaltem fabrili cancellorum ligneorum ſtructura ſepiantur, vt tranſeuntes introſpicere poſsint, non tamen introire. Quæ quidem ſi depictæ non ſint, pingantur; Et ſi in parietibus, tecto vel pictoris reparatione aliqua indigeant, reparentur, alioquin funditus deſtruantur à Parochis præfatis, niſi ii (ad quos ſpectat) intra tres Menſes ab harum conſtitutionum publicatione prædicta eſequi curauerint. De cæterò verò nec in viis, nec in campis abſq; licentia noſtra extruantur: Imagines verò quæ in parietibus domorum intrinſecus vel extrinſecus habentur, & ob nimiam vetuſtatem indecenti ſunt aſpectu, renouentur, vel (ſi id commode nequaquam fieri poteſt) deleantur, aboleanturque.

Syn. prou. Floren. de celeb. Miſſ. cap. 10.

CAP. XXI.

De ſupellectili Eccleſiaſtica quæ in Eccleſiis parochialibus & ſimplicibus, & in vno quoque Altari requiritur, & ſi multa ſparſim in hoc conſtitutionum volumine reperiantur, expediens nihilominus eſſe duximus pro maiori Clericorum commoditate ea omnia ſimul congerere, ac vulgari idiomate in huius Rubricę calcæ deſcribere quę neceſſaria eſſe cognouimus.

NOTA

NOTA DELLE SVPELLETtili neceſſarie in ciaſcuna Chieſa Matrice, Parrochiale, ò ſemplice, & in qual ſi voglia Altare reſpettiuamente.

OGNI Chieſa curata debbe hauere almeno cinque pianete di diuerſi colori ſecondo la varietà de'tempi, cioè bianca, roſſa, verde, pagonazza, e nera, con le ſtole e manipoli de' medeſimi colori.

Camici almeno quattro, e quattro amitti, con la croce, e quattro cingoli.

Cinque piuiali, e cinque pallii per l'Altare de' colori delle dette pianete, & altre ſupellettile neceſſarie per l'altare come di ſotto.

Sei corporali, e ſei palli per mutargli almeno ſei volte l'anno, e più ſpeſſo ſecondo il biſogno.

Hauerà vn calice almeno con la coppa d'argento ſopra dorato benè ſtabile, e fermo.

La patena ſimile al calice comodamẽte grãde, e bẽ dorata.

Vna borſa di panno lino almeno, decente per conſeruarui dentro il calice, e la patena.

Purificatoi dodici con la croce nel mezo, di buona tela.

Fazzoletti dodici di grandezza conueniente per aſciugar le mani.

Veli cinque di ſeta per il calice di varij colori ſecondo la diuerſità de tempi, cioè ſecondo il colore delle pianete.

Borſe per i corporali cinque di ſeta di varii colori, come di ſopra.

Vna ſcatola decente per tenerui l'hoſtie.

Vn meſſale delli nuoui con l'aggiunta de Santi con i ſuoi ſegnali.

Guanciali cinque per il meſſale di colore ſecondo la diuerſità de' tempi.

Digitized by Google

Paia due di ampolle di vetro con il ſuo bacinetto d'ottone, ò di maiolica.

Vn tabernacolo di legno in mezo dell'Altar Maggiore per conſeruarui dentro il Santiſsimo Sacramento dell'Euchariſtia iuxta præſcriptum.

Vn tabernacolo piccolo d'argento ò rame dorato con la lunetta d'argento per portare in proceſsione il Santiſsimo Sacramento,& vna coppa di ſimile materia con il ſuo coperchio per conſeruaruelo giornalmente, & vn'altra ſimile per communicare il popolo,& vn vaſetto d'argento con il ſuo coperchio per portarlo a gl'infermi con la ſua borſa di ſeta ad præſcriptum.

Due padiglioni almeno per coprire il tabernacolo maggiore di legno, vno de' quali ſia di ſeta per le feſte, e l'altro di qualche materia decente per i giorni feriali.

Vn velo decente per coprire il Tabernacolo piccolo, & vno ſciugatoio, ò vero vn velo grande di ſeta da portar ſopra le ſpalle quando ſi porta il Santiſsimo Sacramento in proceſsione, ò a gli infermi.

Vn baldacchino conueniente da portare in proceſsione, & vna ombrella per quando ſi porta lontano il Santiſsimo Sacramento a gli infermi.

Vn lanternone, ò due honoreuoli con la loro haſta da portare innanzi al Santiſsimo Sacramento.

Vna campanella di conueniente grandezza da ſonare quando ſi porta il Santiſsimo Sacramento fuori; & vna piccola per la Meſſa.

Touagliole bianche, e nette per la comunione che baſtino.

Due bicchieri di vetro, ò criſtallo decenti per purificare il popolo dopò la communione.

La lampana d'ottone, ò d'altra materia piu fine cō due lampane di vetro per poterle ogni quindici di almeno mutare, e leuare.

Vna banchetta piccola, e ben ferma per poter cauar fuori del Tabernacolo comodamente il Santiſsimo Sacramento quando occorre, e ſia in modo che non ſi ſaglia in conto alcuno mai per ſimile effetto ſopra l'Altare.

I vaſi

Digitized by Google

Iuaſi per tenerui gl'olij Santi, come à ſuo luogo ſi ordina.

Vn vaſo condecente per lauar le mani de Sacerdoti innanzi e doppo la Meſſa in quelle chieſe che non hanno Sacreſtia, ò hauendola, che non vi ſi poſſa far comodamente il lauatorio.

Sciugatoi quattro almeno per aſciugar le mani lunghetti, vno de' quali ſtia ſempre attaccato in luogo comodo, e non ſeruino ad altro vſo, e ſarà bene hauerne altri quattro per i Cherici che aiutano il Sacerdote alla Meſſa.

Due cotte honeſte.

Due vite, ò ceroferali ben fatti, e dipinti per tenerui le torcie con i ſuoi coperchi di latta per iſpegnerle.

Candele, torcie, e ceri per i biſogni.

Vna ſecchiolina d'ottone con il ſuo aſpergolo per l'acqua Santa.

Vna pace dorata ò d'altra materia ben fatta con quattro veli di colore ſecondo la diuerſità de tempi.

Vn leggietto per cantar l'vfizio con vn panno, ò due decentida ponerui ſopra; Et nelle Chieſe maggiori, e ricche vi ſaranno cinque panni di colori diuerſi ſecondo la varietà de tempi.

Vn triangolo per ponerui le candele ne i tre Matutini della ſettimana Santa, e l'inſtromento da ſonare a gli vfizii nella medeſima ſettimana.

Il cataletto, ò bara per portare i morti alla ſepoltura con la coperta nera.

Vna Croce con la ſua haſta, e bandinella nera per portare a' morti, & vna con l'haſta, bandinella, ò ſtendardo di ſeta colorata per portarla in proceſsione.

Vn mortorio per celebrare l'vfizio de morti.

Vno ſgabello per inginocchiarſi con due guanciali almeno di cuoiame d'oro.

Vno ò piu confeſsionali ſecondo il numero de' confeſſori ad præſcriptum.

Due ſcopette fini per tener netti gl'altari, e paramenti, & altre grandi per tener netta la Chieſa.

Vn catino grande per lauar i corporali, purificatori, calici, e patene, che non ſi adopri ad altro ad præſcriptum.

D 2 Vna

Vna ſcala grande per ſeruizio della Chieſa, che arriui almeno alle fineſtre di eſſa, e ſi conſerui fuori della Chieſa.
Il ferro da far l'hoſtie con l'imagine del Crocifiſſo.
Il Turribulo cō la Nauicella, & il cucchiaio almen d'ottone.

SVPELLETTILE PER GLI Altari in ogni Chieſa.

OGNI Altare hauerà almeno ſei touaglie, due grande, e quattro piccole per poterle mutare: le grandi ſiano fatte alla miſura dello Altare tanto che lo cuoprino da ambedue i lati, le picciole cuoprino a'manco la menſa.

L'Icona ò pittura con la ſua tela per poterla coprire quando biſogna, & con vn baldacchino come ſi è ordinato di ſopra.

Vn coiame ò vero vn panno, ò tela colorata per coprire la menſa dell'Altare dopo la celebrazione.

Vna pianeta con la ſua ſtola, e manipolo del colore conueniente alla feſtiuità del Santo, in honore del quale ſarà eretto l'altare con ſuo camice, amitto, cingolo, e calice fornito, e col ſuo Meſſale, due pallii, vno per i giorni feſtiui del colore della pianeta, e l'altro per i giorni feriali, ambidue decenti, e nell'Altare maggiore vene ſaranno piu, come di ſopra.

Vna Croce dorata ſopra l'Altare con il ſuo piede, e con vn velo nero, ò d'altro colore conueniente per coprire la Domenica di paſsione.

Vn Guancialetto di ſeta del colore della pianeta, ò vero di corame dorato per tenerui ſopra il Meſſale quando ſi celebra, e per l'altare maggiore cinque come di ſopra.

Vna panchetta d'vn grado, & due nell'Altare maggiore per ponerui ſopra li candellieri.

Duoi candellieri d'ottone ò di legno dipinti, & per li Altari maggiori delle Chieſe parrocchiali quattro, e delle Chieſe Matrici ſei decenti.

Tauola

Digitized by Google

Tauola ò vero carta delle ſecrete decente, e dell'vltime corniciata.
Lo ſgabello ò predella ad præſcriptum.
Il campanello attaccato dalla banda dell'Euangelio.

NELLE PIEVI ET CHIESE Matrici doue è il fonte Baptiſmale, e doue è ſolito cantar Meſſe ſolenni oltra le coſe di ſopra dette vi ſaranno l'infraſcritte.

PARAMENTI di ſeta, ò d'altra materia decenti, cioè pianete, e Tonicelle con le ſue ſtole, e manipuli di colori ſecondo la diuerſità de tempi, & vno almeno del colore conueniente alla feſtiuità del ſanto titolare della Chieſa non vi mancherà mai.
Due Meſſali almeno, con i ſegnali.
Due calici (vno piu grande dell'altro) con due patene, forniti ad præſcriptum.
Vn graduale, & vno Antifonario.
Due ſgabelli per inginocchiarſi.
Il fonte del Batteſimo con l'altre coſe neceſſarie ad præſcriptum.
Armarii, ò caſſe per conſeruarui i ſacri veſtimenti, libri, e ſupellettili ſimili, ſi come piu di ſotto al ſuo luogo.
Auuertendo che le Chieſe ricche, e popoloſe debbono hauer piu paramenti & ornamenti, e nelle pouere che non poſſono prouedere quanto ſi è ordinato, ſi facci pro modo reddituũ, e ſecondo che gli ſarà impoſto nelle viſite.
Quanto alle Chieſe ſemplici, e ſenza cura, doue ſi celebra ogni giorno, hanno da eſſer ben'ornate, & accomodate di tutte le coſe ſuddette, ſaluo però quelle che ſon neceſſarie ſolamente alle parrochiali; Ma ſe ſaranno Chieſe di poca rendita, e doue non ſi celebri coſi frequentemente, baſterà che ſiano prouuedute di paramenti honeſti, e neceſſarij ſecondo che ſi diſporrà nelle viſite.

DE

DE ECCLESIAE CVLTV, vſuq; profano ab Eccleſiis rebuſq; ſacris tollendo. Rub. VIII.

Act. 20. c 28. Apo. 21. A. 3.

CVM Eccleſia ſancta, quam IESVS CHRISTVS Dominus noſter acquiſiuit ſanguine ſuo ad hoc facta & conſtructa ſit, vt in ea ſacrificium purum, & oblatio munda offeratur, vt Dei Opt. Max. laudes decantentur, diuina præcepta inſinuentur, ſanctorum geſta & miracula narrentur, fideles à peccatorum ſordibus purgentur, ſacramentis tanquam ſuauiſsimis cibis reficiantur, & roborentur, diuina officia celebrentur, piis orationibus inſiſtatur, & ſpiritualia tantum pertractentur, Vnde non immeritò Dei domus & tabernaculum, porta Cœli, Templum Domini, Domuſq; orationis in ſacris literis nuncupatur. Propterea ne in ea quidquam aliud geratur, vel condatur quàm quod diuinis miſteriis conueniat, vt ve ea, quæ vt plurimum in profanis etiam dedecent ab ipſa ſint prorſus extranea, infraſcriptos canones ab omnibus ſeruandos proponere, in hac prima noſtra Synodo decreuimus.

c. decet de im mun. Ec. in 6. 1. Timot. 3. D. 15. Ge. 28. Pſal. 47. 137. Mar. 11. Mat. 21. Ioan. 2.

c. Oratorium cũ ſeq. d. 42.

CAP. I.

Pſal. 92. c. decet de im mun. Ec. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de obſer. & euitan. Conſt. Pij V. Cumprimum ædit Calend. Apr. 1566. Conc. Turon. temp. Caroli Magni c. 38.

CVM igitur Domum Domini deceat Sanctitudo, ſacrorum Canonum Sacri Concilij Trid. Conſtitutioniſq; fel recor. Pij V. veſtigiis inhærendo, nec non edictum à Nobis aliàs ſuper hac eadem materia profectum innouando, ſubditos noſtros tàm Clericos quàm Laicos in Domino obſecramus, eiiſq; in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus ſub pœnis in dicta conſtitutione & edicto contentis, vt eorum ad Eccleſias humilis & deuotus ſit ingreſſus, quieta conuerſatio, Deo grata, & inſpicientibus placita, quæ conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed reficiat, vt orationibus inſiſtant,

Digitized by Google

ſtant, Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum genibus flexis adorent, Ad nomen illud IESV Chriſti, quod eſt ſuper omne nomen (quandocumq; recolitur) exhibitione reuerentiæ, præcipue dum aguntur miſſarum ſacra miniſteria flectant genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur, vtq; pariter ſtent, caput inclinent, genua flectant, cum ex Eccleſiæ inueterata & approbata conſuetudine, ac inſtituto ſtandum, caput aperiendũ, genuaq; flectanda ſunt.

CAP. II.

CVM quidquid ſuſpicionem irreuerentiæ habet ab Eccleſiis abeſſe conueniat ſub pœnis in iiſdem Conſtit. & edicto contentis nullus in Eccleſia (prȩſertim dum ibi ſacra Miſſarum miſteria, aliaue diuina celebrantur officia) aut verbum Dei enunciatur) audeat deambulare, nugari, vociferare, circulos habere, negociis operam dare, Aquæ benedictæ vaſibus, Baptiſmi fontibus, aut altaribus adhærere, minuſq; ſuper ipſa aſcendere, auerſus ab Euchariſtiæ Sacramento irreuerenter ſedere, aut cum in Miſſa ſuſtollitur ſtare, ſeditiones, ſeu tumultus excitare, clamores mouere, impetum committere, vana & multò fortuis fœda & profana colloquia habere, aut quid aliud facere quod vel bonis offenſionem afferat, vel diuina perturbet officia, vel oculos Diuinæ Maieſtatis offendat, nè vbi peccatorum venia eſt poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi; A quibus aliis quoque temporibus, ob ipſius Eccleſiæ reuerentiam & ſanctitatem ceſſabitur.

Conſt. Pij V. ſupra citata.

d.c.decet.

CAP. III.

CVM mulieribus impudicis, ſiue etiam honeſtis nemo de cœtero nec diuinorum officiorum, nec alio quouis tempore audeat in Eccleſia nugari, aut ſcurrile colloquium habere, aut quouis modo inhoneſtè, aut turpiter agere ſub xxv. ducatorum pœna & carceris per menſem, & vt quantum poſſumus hæc ab Eccleſiis noſtris prorſus abiiciamus, quamlibet Eccleſiam ita ordinandam eſſe mandamus,

Ex Conſt. Pij V. ſup. citata.

vt

Digitized by Google

vt mulieres loco à viris ſeparato, vnde conciones, & diuina officia audire,& percipere poſsint, commode permaneant, quò nullus homo ſub iiſdem carceris, pecuniariiſq; pœnis tunc temporis accedere præſumat, niſi cum ad eas audiendas Miſſas conuenerint, quę ſummiſſa celebrantur voce.

CAP. IIII.

CVM venaticis canibus, & volucribus nemini Eccleſiam ingredi aut haſtas, ſclopetos, baliſtas, aliaue eiuſdem generis arma in eam inferre: nec ea ad parietes Eccl. applicare aut cum mercibus, fructibus, lignis, huiuſmodiq; profanis rebus per eam pertranſire liceat, & dum diuina celebrantur officia, aut conciones habentur, nemo ante Eccleſiæ fores immorari, deambulare, aut earum ingreſſum occupare audeat, ita vt Eccleſiam ingredientibus aut ab ea egredientibus quid vel modici impedimenti poſsit afferri, & ne diuina officia perturbari contigat dum ipſa celebrantur, propè Eccleſiam militaria timpana nemo concrepet, nemo tubam, aut bucciam perſonet, nemoque proclamata vlla promulget.

CAP. V.

IN Eccleſia Cathedrali Sacriſta, in aliis Parochi, earumue Rectores quàm diligentiſsime curent ſub pœnis in dicta Conſtitutione Pii V. contentis, ne mendici quouis pietatis pretextu eleemoſinæ cauſa in eis vagentur, ſed extra fores conſiſtant, vbi clamitare, & obſtrepare non permittantur; Et cum nihil habeat ſanctum cum cane, iidem quoq; curabunt, vt canes, cuiuſuis ſint, ab Eccleſiis per Clericum aliquem in minoribus ordinibus conſtitutum (vbi fieri poteſt) alioquin per alium idoneum flagello eiiciantur.

Incip. quamprimum.

CAP. VI.

1. Cor. 11 c. Mulier. 36. q. 5.

APOSTOLVS præcipit nè mulieres niſi velato capite Eccleſiam ingrediantur, propterea huiuſmodi inhærentes præcepto mandamus, nè Mulieres ipſæ cuiuſuis

ſtatus

Digitized by Google

ſtatus & conditionis ſint poſt annum à contracto Matrimonio, niſi capite ſint velatæ, & pectore etiam honeſtè occluſæ, Eccleſiam ingredi, aut in ipſis permanere permittantur, diuinorum officiorum, concionum, Miſſarumque celebrationis tempore.

CAP. VII.

CAPSVLAE, menſæ, aliudue ſimili pro eleemoſinis colligendis nec in Eccleſiis, nec in Oratoriis, nec alibi niſi conceſſu noſtro ponantur. Candelæ ad eas venundandas per Eccleſiam non circunferantur. Canes & preſertim cum tintinnabulis à nomine cuiuſuis ſtatus, ſexus, aut conditionis ſit ad Eccleſiam non ducantur.

CAP. VIII.

OCCISORVM corpora, ſeu cadauera à Iudicibus, vel eorum miniſtris Eccleſiis vllo modo inſpiciantur, etiam antequam ſepulturæ tradantur, omnis in eis iudiciorum ſecularium & arbitriorum ſtrepitus conquieſcat; Nulla inibi cauſa criminalis maximè agitetur, glo. in d. c. decet in ver. proceſſus nullus contractus celebretur, Gramatica in eis non doceatur. caueaturque ne ſuper altaria, lapides conſecratos Cruces, Sanctorum Imagines, ſeu Reliquias, iuramenta deferantur aut referantur: Ceſſent in eis vniuerſitatum quamlibet Concilia, Congregationes, & parlamenta publica, Magiſtratumq; ſecularium citationes, & edicta in eis non publicentur, minuſq; ad ipſarum valuas aut parietes affigantur ſub excommunicationis pœna, aliiſue arbitrio noſtro infligendis pœnis.

c. Cũ Eccl. de Imm. Eccleſ. d. c. decet. Conc. Arelaten. 3. c. 22. Conc. Turon. temp. Caroli Magni c. 39. Burcar. lib. 2. c. 138.

CAP. VIIII.

IN Eccleſiis (etiam ſi Oratoria campeſtria ſint, nemo frumentum, ſegetes, fructus, ligna, vaſa, aut quid aliud profanum, & ſi ipſarum Eccleſiarum, aut Rectorum eſſent, inferre, aut illata ibidem retinere audeat ſub pœna excommunicationis, aureorum xxv. & illatarum rerum amiſſio-

c. Relinq. de cuſto. Euchariſt.

Digitized by Google

nis, quæ res ipſarum Eccleſiarum fabricæ applicamus, quibus iniuria facta eſt.

CAP. X.

Conc. Antinod. c. 9. c. Nõ oportet il primo, & 2. nulli d. 42. Clem. 1. de celebr. Miſſ. Cõc Cõſt. 3. Reginaldus, de Refor. Angliæ decr. 2. §. Vt in ſolemnitatibus.

COMESSATIONES, cibaria, choreæ, ludi, cantus profani, fiſtulæ calami, aliaq; huiuſmodi muſica inſtrumenta à diuini cultus Maieſtate abhorrentia, nec non pernoctationes, dormitiones, vigiliæq; illæ nocturnæ, quæ propter hominum concurſus ad Sanctorum ſolemnitates fieri in non nullis locis conſueuerunt: & alii omnes abuſus procul ſint omni tempore ab aula Sancta Dei, quam veſperi adueniente claudi, dieq; luceſcente aperiri, nec in eam quemquam preter Sacerdotes admitti decernimus, niſi Nocte Natiuitatis Chriſti, cum Matutinum & Miſſa celebrantur.

CAP. XI.

d. c. decet. Conc. Conſtantinop. 3. cap. 76.

Concil. Trid. ſeſſ. 22. de obſer. & euitan. Eſa. 56. Matth. 21. A. 13. Mar. 11. c. 17.

ET ne ſacra profanis miſceantur, longè ab Eccleſiis, earumq; ambitu arceantur nundinæ, Mercatus, preſertim beſtiarum, Tabernæ, negotiationes, actuſq; omnes laicorum, venditiones candelarum, Imaginum, eſculentorum, poculentorum, aliarumue rerum quarumcunq; venalium, & tandem ea omnia, quæ ſine clamore & ſtrepitu fieri nequeunt, quæque aliquo pacto diuina officia, vel ad ipſius Eccleſias progredientes impedire poſſunt; Ipſarumq; Eccleſiarum parietibus nihil immundum vnquam adhæreat, aut prope ipſos proiiciatur, vt domus Dei, domus Orationis eſſe videatur, & dici poſsit.

CAP. XII.

c. Quod ſemel de Reg. Iur. in 6. c. Aurum. c. nulli, 12. q. 2. c In ſancta, & c. veſtimenta de conſ. d. 1.

CVM valde indignum ſit, vt ſemel Deo dicatum ad humanos vſus amplius transferatur, diſtrictè propterea præcipimus, ne quis calices, patenas, aliaue Eccleſiarum vaſa, veſtimenta, Sacerdotalia, libros Eccleſiſticos, paramenta, ſeu ornamenta quæcumq; & alia, quæ ad vſum & cultum diuinum ſemel conſecrata, & dicata ſunt, profanis homi-

Digitized by Google

ho minibus, aut ad profanos vſus vlli accommodare, vel illis in aliis vſibus vti quàm in Eccleſiaſticis, & Deo dignis officiis præſumat, ſub pœna excommunicationis eò ipſo incurrendę & ſcutorum quinquaginta Eccleſiæ cathedrali, & Chriſti pauperibus applicandorũ Eademq; ratione prohibemus, ne quis lapides ligna, cœmenta, & ſimilia, quæ aliquando ex Eccleſiarum, Altarium, cappellarum, aliorumue piorum locorum ruinis, vel inſtaurationibus ſuperſunt, in laicorum opera transferat, ne vltio, quę Balthaſar Regem percuſsit, ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

c. Ligna. de conſecr. d. 1.

Dan. 5.

CAP. XIII.

IN exornandis Eccleſiis, cappellis, ſuggeſtibus, aut tumulis defunctorum, nullo pacto adhibeantur aulea obſcenis intexta figuris, nè picturæ quæ Sanctorum Imagines, aut pia eorum certamina, actiones & martyria non repræſentent, nec minus caſulæ, pallia, pluuialia, aliaue a l vſum Altarium accommodata, ſed vnum quodq; vſui deſtinato deſeruiat.

Zecch. d. c. 7. numer. 14. in princ.

CAP. XIIII.

VASA veſtes cæteraue Eccleſiaſtica ornamenta bene dicta non ab aliis quàm à Domino famulantibus, eiſq; dicatis tractentur viris, nec minus ab aliis cuſtodiantur, etiam ſub pretextu, quod alicuius Confraternitatis, aut pii loci Sacriſtæ, Camerarii, ſeu Gubernatores ſint, licentiam tamen ea cuſtodiendi gratis, ſemperque concedemus, vbi difficulter ſecus fieri poſſe cognouerimus.

c. In ſancta, & c. veſtimenta de conſ. d. 1. c. Non oportet in ſacratis cũ duob[9] ſeq. c. ſacratas 23. diſtinct. Pet. de Viſit. par. 2. cap. 5.

CAP. XV.

VASA ipſa, veſtes, Mappæ, totaq; ſacra ſupellex, & corporalia, pallę, & purificatoria munda, nitida, ab omniq; labe pura perpetuo cõſeruentur, & cum ſordida fuerint, mundentur, cum verò vetuſtate conſumpta, combu-

c. Relinq. de cuſt. Euchar. Conc. Oxorien. c. 7. c. Altaris pal.

Digitized by Google

la. de cõſ. d. 1. Salod. par. 2. cap. 4. circa finem.

rantur, eorumq; cineres in ſacrarium proiiciantur, quod de libris etiam eccleſiaſticis, vt ſunt Miſſalia, Breuiaria, Gradualia, Antiphonaria & ſimilia quando amplius in Eccleſia vſui eſſe non poſſunt, ne in aliquem ſordidum vſum vertantur, fieri volumus, & mandamus, nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere quæ dedecerent in profanis.

CAP. XVI.

c. Comperimus 14. q. 6.

CVM feria quinta in Cœna Domini ornatur ſepulchrũ vbi Chriſti Corpus aſſeruandum eſt, omnis inde amoueatur profanus ornamentorum apparatus, vt ſunt cubiliũ cortinæ, conopea, lintea, puluinaria, & ſimilia ad vſum profanum attinentia, quæ quidem ab Altaribus etiam, in quibus Deo ſacrificium offeratur, procul eſſe mandamus, alioquin & res ipſę ad vſus humanos amplius non transferendæ Eccleſiæ illi acquiſitę cenſeantur, & eis vtentes in pœnam ſcutorum xxv. vſibus piis applicandorum incidant.

DE IMMVNITATE ECCLEſiaſtica Rubr. VIIII.

CAP. I.

Seſ. 25. de Refor. gen. c. 20. Incip. Cum aliàs, æditam nono Cal. Iunij 1591. c. Miror cum pluribus ſeq. 17. q. 4. c. Inter aliã de Im. Eccl. Conc. Aurelian. 4. c. 21. Conc. Tolet. 12. cap. 10.

CVM Eccleſiæ immunitas Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtituta fuerit, vt generalibus Trident. Synodus teſtatur quàm diligentiſsime ab Eccleſiaſticis perſonis curandum eſt, ne violetur; Et quoniam nouiſsime per conſtitutionem fel. rec. Gregorij XIII. ſancitum fuit, delinquentes etiam cuiuſuis immanis criminis reos, ſi ad Eccleſias, Monaſteria, ſacella, locaue ſacra & religioſa confugerint ab eis nullatenus per curiam ſecularem ſeu ipſius Curiæ Iudices, & miniſtros extrahi poſſe, niſi Epiſcopi vel eius Vicarii licentia, & cum perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis interuentu ſub pœnis & cenſuris ipſo facto incurrendis, quæ

per

Digitized by Google

per Sacros Canones, per Generalia Concilia, Apoſtolicaſq; conſtitutiones ſunt promulgatæ contra libertatis & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores: Ob id prædictæ Eccleſiæ immunitati in hac Ciuitate, & Diœceſi Collen. conſulere volentes ſtatuimus nulli curiæ ſecularis miniſtro ſub pœnis & cenſuris in ipſa conſtitutione contentis, licere contra ipſius Conſtitutionis, ſacrorumq; Canonum diſpoſitionem, quemquam ex præfatis delinquentibus inuitum propria auctoritate ab ipſis locis extrahere, vel vt ab aliis extrahatur mandare, niſi noſtra, vel Vicarii noſtri auctoritas & Eccleſiaſticæ perſonæ (vt ſupra) interuentus acceſſerit, promittentes Nos quam libentiſsimè licentiam eſſe elargituros illos ab ipſis locis extrahendi, qui aliquo pacto Eccleſiaſtica immunitate indignos eſſe cognouerimus. Cóc. Magūt. primū c.49.

CAP. II.

ET ne Clerici ſibi licere perſuadeant ad prædicta loca, quaſi ad Aſylum in ipſius Conſtitutionis, ſacrorumq; Canonum fraudem, huiuſmodi improbos homines poſſe conuocare, vel requiſiti eos recipere, ſtatuimus, ne ipſorum aliquis ſub quinquaginta aureorum carceriſq; ad libitum pœna delinquentes præfatos in libero loco, aut alibi exiſtentes ad prædicta loca conuocare, aut requiſitus in eis recipere audeat; Sin autem ipſis minime conuocantibus, ſeu requiſitis tales perſonæ ad dicta loca confugerint, ſub iiſdem pœnis Nos quam primum admonitos faciant, interimq; nullam vim inferri contra dicta loca ſacra, & perſonas ibi exiſtentes permittant.

CAP. III.

ET ne forſan Nos velle arbitrentur vt pro immunitatis prædictæ defenſione armis contendant, ſi quis illam lædere, aut violare velle repererint, ſat erit ſi caſus contigerit, eos ſalutaribus monitis, piiſq; cohortationibus obteſtari, & commonere, vt à prædicta deſiſtant violatione, cum Eccleſia Dei non ſit caſtrorum more cuſtodienda; quod ſi contempſerint, Ex lect. Martirij D. Thomæ Cantuar.

Digitized by Google

tempſerint, pœnas ipſas, & quas incurrunt cenſuras eis detegere, & comminari non omittant, etſi adhuc nihil proficere cognouerint, teſtibus ad violentiam & lęſionem probandam adhibitis, eos in ſui conſilij manibus dimittant, & nos ſtatim certiores reddere curent.

CAP. IIII.

Syn. Flor. de Im. Eccl. c. 2.

FOEMINAE publice inhoneſtè viuentes ducentis cubitis propè Monaſteriū Monialiū, & centū propè oſtia, aut ingreſſus Eccleſiarum domicilium non habeant, ſub pœnis in Florentina Synodo prouinciali pręſcriptis; Quibus pœnis laicos illos ſubiectos etiam eſſe volumus, qui nobis inconſultis cauponarias tabernas, ſeu aleatoria in eodem ambitu habuerint, quiue domos cauponibus ad vſum tabernarum vel aleatoribus ad vſum aleæ exercendum, vel meretricibus locauerint.

CAP. V.

CLERICI, piorumque locorum Adminiſtratores caueant, nè in eodem ambitu, vel extra Eccleſiarum & piorum locorum domos eiuſmodi perſonis locent, aut aliis, qui in eis illicitum, inhoneſtum, aut ſcandaloſum aliquod exerceant ſub pœnis in præcedenti capitulo contentis, quibus ij etiam Clerici aſtricti ſint, qui proprias domos pro prędictis exercendis locauerint.

CAP. VI.

c. Benequidē diſtinct. 96. c. Eccleſia de Conſtitut. c. Non minus c. aduerſus de Immun. Ecc. c. Nouerit de ſent. excom. c. Quāquam

CLERICI ſacris initiati, vel in minoribus ordinibus conſtituti, dummodo beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut clericalem habitum & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ de mandato noſtro inſeruiant, vel in aliquo ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Vniuerſitate de licentia noſtra, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſentur, immunes ſint à quibuſcunque oneribus tam ordinariis, quàm extraordinariis à communitatibus locorum,

Digitized by Google

rum, vbi degunt, vel bona habent impoſitis, ſeu de cœtero imponendis, atque etiam propter res donatas ipſis Clericis à parentibus, fratribus, aliiſue hoc nomine, vt ad ordines ſacros titulo patrimonij promoueantur, ſint, & habeantur immunes ipſi Clerici ab omnibus oneribus, aliaue quacumque contributione, vt ſupra impoſitis, ſeu imponendis, donec penès eos ipſa bona fuerint. Quod multò fortius huiuſmodi immunitatem circa Eccleſias, earumque bona intactam & illęſam conſeruari conuenit, nullaque vnquam ratione violari.

de cenſ. lib. 6. c. 1. de Immunit. Eccl. in 6. Bulla Cœnæ Domini. §. Quiue collectas. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 201. & ſeq.

In reliquis, quæ ſanctè, ac ſalubriter ſuper Immunitate prædicta à Synodo prouinciali Florentina conſtituta fuere, omnino ſeruari mandamus.

De Immun. Eccl.

DE ATRIIS, PORTICIBVS, & Clauſtris Eccleſiarum. Rub. X.

CAP. VNICVM.

CVM atria, porticus, & Clauſtra Eccleſiarum eadem immunitate potiantur, & gaudeāt, qua ipſæ Eccleſiæ gaudere dignoſcuntur, eadem etiam in eis fieri, & exerceri per ſacros canones prohibentur, quæ in Eccleſiis prohibita eſſe ſuperioribus titulis declarauimus. Proprerea diſtrictè mandamus, vt nemo in Atriis, Porticibus, Clauſtris ipſis aliquid prædictorum admittere, aut exercere præſumat, aut confugientes ad ea, vel ad Eccleſiarum domos ipſis Eccleſiis contiguas (quæ etiam immunitate Eccleſiaſtica gaudent) capere, vel inde extrahere niſi ſeruatis ſeruādis iuxta præfatę Gregorianę cōſtitutionis ſeriem, atque tenorem ſub pœnis, & cenſuris in eadē conſtitutione contentis; ſub quibus etiam prohibemus, nè beſtię in præfatis atriis, porticibus, & clauſtris retineantur, aut permanere permittantur, & eo minus, nè ſtabulæ ſub Eccleſiis habeantur, aut prope eas ita ſint, vt fœtor inde exhalans aliquo pacto ad Eccleſias ipſas peruenire poſſit.

c. Si quis in atrio. c. Si quis cōtumax 17. q. 4. Fuſc. de viſit. lib. 1. c. 11. n. per tot.

c. 1. de Imm. Eccl. c. Id conſtituimus 17. q. 4. Eſt Conſtit. Gregorij 14. ſupra citata.

DE

Digitized by Google

De Cœmeterio. Rubr. XI.

CAP. I.

c. Quiſquis.
c. Id conſtituimus 17. q. 4.
c. Conſuluiſti de conſec. Eccl. vel Alt.
Abbas in c. cũ Eccleſię in 2. not. đ im. Ec.
Fuſc. de viſit. lib. 1. c. 12. numero 7.
cap. Decet de Immun. Ecc. in 6.

COEMETERIA cum ad ſepelienda fidelium defunctorum corpora, adinuenta, inſtitutaque fuerint, ipſa quoque ſacra ſunt, Venerationeque digna, & Eccleſiaſtica gaudent immunitate. Quadere ſtatuimus, atque decernimus, ne quis ſub iiſdem pœnis ea in ipſis cœmeteriis admittere, aut exercere pręſumat, quæ in Eccleſiis earumque atriis, porticibus, & clauſtris admitti, & exerceri prohibuimus; & præter alia caueant mulieres, & quiuis etiam alius, ne in ipſis telas pannoſue lineos ad ſolem exponant, neant, ſuant, aut quid aliud faciant, quod ſit à locis ſacris alienum.

CAP. II.

Gul. Durand. In ration. diuin. offic. libr. 1. c. 8. nu. 2.
Fuſc. de viſit. Vbi ſupra.
c. Nemo de conſ. d. 1.

AT quoniam Cœmeteria ipſa, vt immundorum ſpirituum inde fugiat habitatio, fideliumque corpora vſque ad diem iudicij requieſcant in pace, Epiſcopali indigent benedictione: Ideo ſtatuimus, vt nemo audeat noua cœmeteria abſque noſtra licentia conſtruere, aut in ipſis, ſi benedicta non ſint corpus aliquod ſepelire ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis.

CAP. III.

Fuſc. d. c. 12. num. 10.
Zecch. d. c. 6. num. 14. verſ. Nono viſitet.
Salod. par. 2. c. 3. in verbo Cęmeterium

COEMETERIA, vbi extra Eccleſiam ſunt, muris, ſeu parietibus altis circundentur, vel ſaltem in Diœceſi, vbi facultates Eccleſiæ ſunt tenues, materia lignea in terram defixa tranſuerſaque inuicem circuncingantur, & in ingreſſu porta bene firma ſubſit, quæ clauſa ſemper teneatur, nè alicui, maxime veneficis, ſtrigibus, & beſtiis illuc facilis

cilis

Digitized by Google

cilis ſit ingreſſus. In eorum medio Crux ſaltem lignea bene compoſita cubitorum ſex adminus continuo habeatur, & ab herbis, vepribus, arboribus, immunditiiſque omnibus mundentur, & expurgentur, indeque munda, & expurgata conſeruentur, Defunctorumque oſſa ſi per Cœmeteria ſparſa ſint, ne proterantur pedibuſque opprimantur, ſeu conculcentur, Parochi ſimul colligant, & in aliquo ipſorum Cœmeteriorum commodiori loco ea collocent, primoque die cuiuſcumque menſis, ſi aliquo feſto nouem lectionum non fuerit impeditus, alioquin ſequenti primo nõ impedito die in ipſis Cœmeteriis pro defunctorum animabus preces ſolitas proceſsionaliter prȩuio ſanctiſsimæ Crucis Vexillo effudant ſub arbitrij noſtri pœna.

DE SACRISTA, ET SACRIſTIA. Rubr. XII.

CAP. I.

CVM ad Sacriſtam generalis cuſtodia ſacrorum Vaſorum Eccleſiaſticorum, Veſtimentorum, totiuſque Eccleſiaſtici theſauri pertineat, ab iis, quorum intereſt eligatur, qui ſufficiens, idoneus, pariterque fidelis exterquiue Clericus ſaltem ſit aliquo minorum ordinum initiatus, prȩterquam in Carhedrali Eccleſiæ, vbi ſemper conſtitui volumus, qui aliquo maiorum etiã presbiteratus ordine ſit inſignitus, & de conſcientia noſtra: Vbi vero Sacriſta commodè haberi non poſsit, ipſius Eccleſiæ Rector Sacriſtȩ officium adimpleat, quod quale ſit, inferius demonſtrabitur. c.Vnic.de of. Sacr.

CAP. II.

OFFICIVM igitur Sacriſtæ eſt, neceſſaria pro Eccleſiæ diuinique cultus ſeruitio prouidere, Eccleſiam & Fuſc. libro 1. cap. 13.

Timot. lib. 2 tract. 1. c. 38.

Altaria ſecundũ contingentiã feſtorũ, ac varietatem ornare, Eccleſiæ parietes, laquearia, ſeu fornices tergere, vertere, & expurgare, pauimẽta, niſi frequẽtius, ſemel ſaltem in hebdomada diligenter expolire, ſcopiſque mundare, & in angulis quibuſq; omnia arancarum opera dimouere, & purgamenta educere, dummodo hæc nunquam fiant dum, vel diuina celebrantur officia, vel Miſſæ etiam priuatę dicuntur; Vt Veſpere, ſummo mane, & meridie pulſetur campana ad Salutationem Angelicam, Vt Eccleſia congruis horis, videlicet cum adueſperaſcit, claudatur, nec niſi albeſcente die aperiatur, vtque omnia munda, & nitida quę eius curæ demandata ſunt, conſeruentur, vtque alia fiant, quæ in ſequenti capite deſcribentur deſumpta ex prouinciali Synodo Mediolanenſi, ſuum pariter erit curare.

2. par. de off. Sacr.

CAP. III.

SACRISTA habeat cuſtodiam ſacrorum vaſorum, Veſtimentorum eccleſiaſticorum, & totius theſauri Eccleſiaſtici.

Vaſorum, veſtimentorum, inſtrumentorum, & ornamentorum omnium Altarium, & reliquorum omnium munditiæ, nitorique conſulat.

Eiuſdem curæ ſint lumina, cera, & oleum.

Vinum, hoſtias, candelas, & cereos, cęteraque ad diuinũ cultum attinentia, & neceſſaria ad diuina officia pręparet.

Aquam benedictam ſingulis hebdomadis, vel etiã ſępius (ſi opus erit) ipſe renouet, vel ab aliis renouandam curet.

Altare maius, & omnia alia pręcipue diebus feſtis ornet.

Hora congrua ipſe, vel alius eius vice campanæ ſono det ſignum Matutini, Miſſę, aliarumue horarum canonicarum.

Habeat in Sacriſtia duas tabellas, vnã, in qua omnes Miſſę, & officia pro mortuis, & reliqua deſcripta ſint, quæ ex impoſito onere, ac munere quacumque de cauſa in Eccleſia celebrari oporteat, & alteram in qua vniuſcuiuſque dignitatis Canonicatus, præbendæ, capellę, Altaris, ſeu alterius beneficij, & officij eius Eccleſię in Miſsis, & aliis diuinis officiis obeundis debita munera contineantur. Et

in

in Sacriſtia Cathedralis ſit alia etiam á Magiſtro Chori conficienda, in qua præſcriptum ſit, quid á ſingulis Canonicis, vel aliis Clericis in ſingulis horis per hebdomadam, aut etiam per plures recitandum, cantandumue ſit, vt in conſtitutionibus capitularibus ſtatutum eſt, curetque, vt quæ his duabus vel tribus tabellis præſcripta ſunt munera, á quibus debent, omnino prçſtentur. Concit.Baſil. ſeſſ.21.c.21.

Eiuſdem officium erit operam dare, vt è Sacriſtia ſermones de inanibus profaniſque rebus, multoque magis iurgia rixæ, & turbç omnes arceantur.

Laicos ibidem verſari ne patiatur.

Nemini permittat, vt ſacris Veſtibus induatur, niſi cum ei Miſſa celebranda ſit, tuncque celebraturo veſtes eius coloris exhibeat, quem ritus Eccleſiæ ſanctæ popoſcerit.

In iis qui primo, qui ſecundo loco, qui deinceps Miſſam celebrare debeant, ordinem tabulç ſeruandum curet.

Duobus autem poteſtatem nũquam faciat eodem tempore parandi ſe ad Miſſç celebrationem, niſi cum Miſſa maior cantatur, & tunc nec minus niſi poſt Sanctiſsimi Corporis, & Sanguinis Domini eleuationem.

Caueat ne vllus, cuiuſcumque ſit gradus, & conditionis cum poſterius venerit, locum illius qui prius venerit occupet ſub pœna trium Iuliorum ab ipſo Sacriſta perſoluendorum, & in vſum Sacriſtiæ conuertendorum, exceptis ſacerdotibus ex deuotione Miſſam celebraturis.

Veſtimentis, ſeu ornamentis feſtiuis, ferialibus diebus non vtantur, nec è contra, ipſaque veſtimenta, vaſa, aliaue Eccleſiaſtica ſuppellectilia in Cathedrali Eccleſia abſque conſenſu Capituli, alibi verò ſine Rectorum licentia nulli vnquam accommodare præſumat.

CAP. IIII.

SACRISTIA autem vbi Vaſa ſacra, Eccleſiaſtica paramenta, & ornamenta, totuſque Eccleſiaſticus theſaurus cuſtodiri, ac recondi debent, vbi non eſt, & Eccleſiæ facultates ſuppetunt conſtruatur, vbi vero eſt, decenter quoad tecta, parietes & pauimentum conſeruetur, vt ſupra de Eccle-

Sub Rubr. de Eccleſiæ conſtruct. Zecch. cap 6. num. 24. verſ. ſeptimo viſitet Sacriſt.

ſiæ corpore diximus: In ipſa ſit Altare, vel menſam ad formam Altaris cum ſacra Icona, Mappa, Cruce, & Candelabris duobus, vbi Sacerdos ſacras veſtes ſe induat, ibique ſit tabella cum coronicibus, in qua deſcriptæ ſint pię preces, vnicuiq; ſacro indumento accommodatę iuxta Miſſalis noui præſcriptum, & (vbi poteſt) ſit oratorium in loco ſeparato poſitum, quo Sacerdos peccata confiteri, & ante, & poſt Miſſæ ſacrificium ſi recipere poſsit, ſtatas dicturus orationes, & Deo Optimo Max. gratias acturus; Sin autem ſit in ea Altariolum cum aliqua pia Crucifixi imagine, quod idē præſtari poſsit, & ideo ſit quoque ibi affixa tabella in qua orationes ipſę deſcriptæ habeantur.

Salod d. c. 3. verb. Sacriſt.

Sit fons, ſeu lauatorium pro abluendis manibus cum manu tergio mundo bis ſaltem in hebdomada mutando, vbi plures diebus celebrantur Miſſæ.

Armarium, ſeu capſæ ſint in quibus ſacræ Veſtes, paramenta, mappæ, & ſimilia recondantur, & aliud Armarium ſiue aliæ capſæ habeantur in quibus calices, vaſa ſacra, & libri Chori reponantur, adeoque ampla ſint; vt commode omnia abſque nulla lęſione in ipſis cuſtodiantur, & adeo bene compoſita, & connexa, vt à puluere, & à murium corroſione defendantur, & vbi non ſit Sacriſtia, nihilominus armaria ipſa, ſeu capſæ in Eccleſia prouideantur, quæ clauſa ſemper maneant, & claues apud Sacriſtam (vbi fuerit) alioquin apud Eccleſiæ Rectorem, cuſtodiantur.

c. Omnis preſbiter de conſecr. d. 2. Concil. Remen. vltra medium.

Sit quoque peluis ex auricalco, vel ex ære decens, & commoda, vbi calices, patenæ, purificatoria, & corporalia à conſtituto in ſacris, & non ab alio, quando opus fuerit, abluantur, & ablutio in ſacrarium (vbi ſit) ſin autem in aliquam ſouem in loco ſacro conficiendam, & ſtatim cooperiendam proiiciatur, peluiſque ipſa alij non deſeruiat vſui.

CAP. V.

NVLLVS vnquam admittatur Sacriſta, niſi prius idonea fideiuſsione prēſtita, & mobilium omnium rerum ad Sacriſtiam pertinentium facto inuentario penès Eccleſiæ Rectorem in curatis, & ſimplicibus Eccleſiis; In cathedrali verò penes Sanctiſsimi Claui Operarios conſeruando.

Digitized by Google

CAP. VI.

NE in illis Eccleſiis vbi cappellæ, & Altaria Miſſarum onera quouis modo habentia, ſunt, debitis fraudentur obſequiis atque ſeruitiis ſtatuimus vt liber prouideatur, qui inſcribatur liber Miſſarum Eccleſiæ Cathedralis ſeu parochiæ Sancti N. Ciuitatis, ſeu Caſtri N. & in eo vnuſquiſq; ſiue Parochus ſiue cappellanus ſiue hebdomadarius, ſiue alius Sacerdos, qui quouis obligationis nomine in ea Eccleſia Miſſæ ſacrificium fecerit in ſingulos dies, anno, menſe, & die etiam initio cuiuslibet folii)ſi opus erit) prius notato, vbi id perfecerit manu ſua ſubſcribat forma ſequenti videlicet.

Ego N. Miſſam celebraui ad Altare N. ex obligatione parochiali, vel ex obligatione N. aut ex deuotione &c. Quod ſi aliqui in Miſſarum oneribus ſibi incumbentibus perſoluendis defecerint, pœnam Iuliorum trium pro qualibet incurrant vice, & nihilominus ad Miſſas non celebratas remittendas teneatur.

Nauar. in Manual. cap. 25. num. 134.

DE CVSTODIA AC TABERnaculo Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. Rubr. XIII.

CAP. I.

SI in veteri teſtamento Arca Dei in qua Manna, Teſtamentum, & panis propoſitionis tantum ſeruabantur, ex diuino præcepto intus & foris erat ex puriſſimo auro deaurata, multo magis tabernaculum illud eſſe deberet, in quo verum Chriſti Domini Noſtri corpus cum anima & diuinitate cuſtoditur; Propterea vt qua maiori poteſt decentia ac pietate in Ciuitate & Diœceſi noſtra cuſtodiatur, ſtatuimus, vt in vna quaque Eccleſia,

Hebr. 9. A. 4. Exod. 16. G. 34. Deut. 10. A. 2. & 31. F. 26. 3. Reg. 8. & 9. Paralip. 5. C. 10. Exo. c. 25. A. 11. De contentis in hac Rubr. latè per Fu-

ſcum lib. 1. c. 5. per tot. Per Tim. lib. 2. c. 21. cum tribus ſequẽ. Per Salo. par. c. 3. ver. Tabernaculũ, & ver. Lampa. Per Zecch. d. c. 6. num. 24. in princ.

ſia, in qua Sanctiſsimum Chriſti corpus aſſeruandum eſſe decreuimus in prima viſitatione per nos facta, Tabernaculum ſi non marmoreum, aut æneum, ligneum tamen ſit è tabulis populeis vel ſimilibus quæ humiditatem non gignant, politè elaboratis, & pro dignitate, magnitudine, rationeue Eccleſiæ amplum, forma octangula vel ſexangula, vel quadrangula vel rotunda, prout decentius accommodata videtur ad Eccleſiæ formam, idq; vbi Eccleſiæ facultates ſuppetunt, ſit intus & foris inauratum, ſin autem, intus, ſaltem ſit ſerico panno rubeo, vel albo, vel ſindone munda circumueſtitum, & foris piis myſteriorum paſsionis Chriſti imaginibus exculptum & inaurato artificio decoratum, in eiuſq; ſummitate ſit vel Chriſti reſurgentis vel pectus vulneratum exhibentis imago, quam etiam in oſtiolo pingendam eſſe decernim⁹, vel ſit parua Crux aurea quę amoueri nõ poſsit, vel Crucifixus vbi ſuper Altare propter occupationem Tabernaculi non ſit congruus locus cruci. Intus verò in imo corporale ſternatur, oſtiolumque ſit ita patens, vt pixis & tabernaculum geſtatorium commodè introducatur, & exprimatur, totumque tabernaculum, vt à puluere & immunditiis præſeruetur, conopeo aliquo ſerico, vel ex alia honeſta materia confectum tegatur, & ſuper ipſum baldachinum, ſeu vmbella decens appendatur.

CAP. II.

TABERNACVLVM ipſum in Altari maiore collocetur, & ita bene & firmiter ſtabiliatur, vt inde per ſacrilegas manus auelli nullo pacto valeat, & ex omni parte ſit ita clauſum, vt nec foramen etiam minimum pateat, & (vbi commode fieri poſsit) Altare ipſum cancellis ſaltem ligneis decentibus circumcludatur: A fronte Altaris diſtet non minus cubito, & vnciis ſexdecim, non tamen ita diſtet, vt ad ſacram Euchariſtiam depromendam Sacerdoti gradu etiam ligneo opus ſit, niſi ſitus & illius ſtructuræ ratio aliud poſtulet.

IN

Digitized by Google

CAP. III.

IN ipſo Tabernaculo non Sanctorum nec paſsionis Chriſti etiam Reliquiæ, nec ſacrorum oleorum vaſa recondantur, ſed tantum ipſius Chriſti Saluatoris Corpus, non in Calice, ſed in pixide argentea, vel ſaltem (vbi tenues ſunt Eccleſiæ redditus ex ære curato cum ſimili cooperculo ſerico velo circumtecta, & corporali benedicto intus circumamicta, decenterque elaborata conſeruetur, quæ ſit adeò capax, vt tot particulas commodè contineat, quot cuique Parocho ſatis ſint ad totum ſuæ parochię communicandum populum; In eaq; perpetuo tot particulæ conſecratæ conſeruentur, quot & infirmorum ſuæ parochiæ neceſsitati, & aliis qui ad communionem acceſſerint ſufficere ipſe Parochus (qui ſuæ parochiæ ſtatum ignorare non debet) Iudicabit: Particulæ vero, vt qua decet munditia hoc ineffabile ſacramentum conſeruetur, ſemel in hebdomada æſtatis tempore, hiemis vero altera quaque hebdomada renouentur, nec vnquam hoſtia magna ibidem, interdum aſſeruanda in fruſtra diuidatur, vt quis laicorum ſanus, vel infirmus communicatur, ſed tantum à Sacerdote ſumatur Miſſæ ſacrum faciente; Sub ipſo autem Tabernaculo nullum armariolum ſit, neque ſupellex ſacra, nec libri, nec quid aliud aſſeruetur.

Fuſ. libr. 1. c. 6. num. 14.

c. Sanc. de celeb. Miſſ.

Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 6. & can. 7.
c. Presbiter de conſ. d. 2.

Sacerd. Roman. part. 1. tract. 4. de Sacram. Eucha. part. 2. c. 82.

CAP. IIII.

LAMPAS ex auricalco decens frequenter abſtergenda non à letere aut ſuper Altare, ſed è regione & conſpectu ipſius Tabernaculi diu noctuque iugiter ardeat, tùm ob ipſius Sanctiſsimi Sacramenti reuerentiam, tùm vt fideles Eccleſiam ingredientes, non ignorent, vbi Chriſti præſentiam debeant adorare, in qua, ne quid curioſum immiſceatur diligenter curabit Parochus; & ne improba manus vnquam coinquinare queat tanti Regis hoſpitium, tutam ſeram ad tabernaculi oſtiolum affigi ſtatuimus quod fida ſemper claue clauſum ſit, clauiſq; ipſa inaurata cum cordula

Conc. Oxonien. c. 21.
c. 1. de cuſto. Euchar.

ſericea

ſericea & floculis aureis ei appenſis penès Parochum in parochialibus Eccleſiis, in Monaſterio Monialium penes Confeſſariũ, & in noſtra Cathedrali Eccleſia penes illum qui curæ præeſt perpetuo & diligenter cuſtodiatur, nec Clerico etiam Miniſtro illa vnquam committatur.

CAP. V.

c. Qui bene de conſ. d. 2. d. c. 1. de cuſtod. Euch. Sac. Rom. p. 1. tract. 4. de Sacram. Eucha. part. 2. c. 82.

SI quis autem Euchariſtiæ cuſtos incaute eam dimiſerit aut abſque lumine, aut in aliquo prædictorum deliquerit, vltra pœnas à ſacris canonibus impoſitas arbitrio noſtro pro modo negligentiæ, ſeu culpæ grauiter punietur, & eò magis ſi per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit.

DE FONTIBVS BAPTISmalibus. Rubr. XIIII.

CAP. I.

c. Omnis preſbiter de conſecr. d. 4.

De contentis in hac rubr. Panin. de viſit. 2. par. q. 3. num. 33. Timot. lib. 2. tract. 4. c 9. Fuſc. de viſitat. lib. 1. c. 7. Zecch. cap. 6. num. 24. verſ. ſecundo loco. Salod. par. 2. c. 3. verſ. Baptiſterium.

FONS baptiſmalis in illis Eccleſiis, vbi baptiſmi ſacramentum adminiſtrari ſolet, ſit ex marmore, vel ex lapide duro, qui aquam ita continere valeat, vt nulla ex parte etiam guttatim emittat, vel ſaltem ſit æneus ſtamneatus, cũ cooperculo eiuſdem materiæ, nunquam autem teſtaceus, ſeu lateritius; ſitque forma oblonga, vel rotunda, & in cappella poſitus (vbi commodè fieri poteſt), alioquin à parte ſiniſtra ingreſſus Eccleſiæ, vel in alio loco conſpicuo, dummodo nec Eccleſiam nec Altare aliquod impediat, & ne laicis ipſi fonti adhærere, vel ſuper ipſum aſcendere liceat, clatris, ſeu balauſtis ferreis, vel ligneis firmis, altiſue circumcludatur; & ſi in cappella, vel in angulo Eccleſiæ ſit, vel parieti alicui adhæreat, pingatur à tergo, vel à latere ipſius fontis ſacrum Ioannis baptiſma, quod Ioannem Chriſtum Saluatorem baptizare repręſentet.

FONTI

Digitized by Google

CAP. II.

FONTI ipſi deſuper ciborium piramidatum ponatur, quod totum fontem tegat, & labro vaſis baptiſmi adeò innitatur, & adhæreat, vt inde nec extrahi, nec amoueri queat, & commiſſuræ ita connectantur, vt puluis intus ingredi non poſsit: In ſummitate ipſius cibori Crux figatur, & interius à ſuperiori parte armariolum conficiatur pro ſeruandis ſacris Chriſmatis & Cathecumenorum oleis, ſale, mappis, aliiſue ad baptiſmi vſum neceſſariis, tela ſerica albi coloris, vel alia decenti eiuſdem coloris intro circumueſtiatur, & (vbi commode fieri poteſt) fons ipſe Sacrario coniungatur, & ſuper ipſum Infans baptizetur, & in ipſum aqua, quæ ſuper baptizati caput infunditur influat, nec vnquam ad eundem baptiſmi fontem reincidere permittatur, & donec fontes ipſi ad præſcriptam formam redigantur pro aſſeruandis oleis præfatis, aliiſue, vt ſupra, neceſſariis propè ipſos in pariete armarium paruum conficiatur, intus tabulis, ac ſerico aliquo panno circumſeptum & ornatum, ſeraque & claue munitum, & pro recipienda aqua, quæ ſuper baptizati caput infunditur, interim peluis, ſeu bacile ex auricalco, vel ex alia materia decenti prouideatur, ſuper quod ſemper baptizetur Infans, aquaque ipſa poſt collatum baptiſmum in ſacrarium proiiciatur, nec eam vnquam de cœtero in eiuſdem fontem reincidi permittatur ſub arbitrij noſtri pœna.

c. 1. de cuſto. Euchar. Conc. Oxonien. c. 21.

CAP. III.

CIBORIVM decenti conopeo tegatur, & vbi fons ipſe non ſit in aliqua cappella, vel loco opere fornicario conſtructo, baldachinum deſuper appendatur ex materia decenti confectum iuxta vnius cuiuſque Eccleſiæ facultates, Claue clauſus ſemper ſit, & clauis ipſa penes Parochum cuſtodiatur; Et in Cathedrali Eccleſia penes illum qui curæ præeſt. A quo verò ſtatis diebus, conſuetiſq; ceremoniis ſeruatis iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum renouetur, & vetus in ſacrarium proiiciatur.

DE REBVS ECCLESIÆ NON alienandis. Rubr. XV.

CAP. I.

NE eccleſiaſtica bona ſub falſa ſpecie fictæ vtilitatis è dominio Eccleſiæ in Ciuitate & diœceſi noſtra Collenſi de cœtero excidãt, prout multa hactenus excidiſſe compertum eſt, & ob id ad eam inopiam & egeſtatem Eccleſiæ ipſæ redigantur, vt facile debitis obſequiis & cultu deſtituantur: Propterea præſenti decreto Sacrorum Canonum, Apoſtolicarum conſtitutionum, ſacrique Tridentini Concilij auctoritate innixi mandamus tam Capitulo Cathedralis noſtræ, quam vniuerſis Eccleſiarum Rectoribus, cæteriſque beneficiatis cuiuſcumque ſtatus, gradus, aut præeminentiæ ſint, nec non hoſpitalium, confraternitatum, aliorumue piorum locorum gubernatoribus, e u adminiſtratoribus quibuſcumque ne in poſterum Eccleſiaſtica bona immobilia & præcioſa mobilia alienare, hypotecare vltra triennium, ſeu in emphyteuſim locare, pignorare, aut alio modo, per quem dominium vtile, vel directum transferatur concedere abſque noſtra ſpeciali licentia in ſcriptis obtenta præſumant, etiam ſi bona ab antiquo in emphyteuſim concedi conſueuiſſent, aut quouis modo eorum alienatio eſſet à Iure permiſſa, etiam ſi ſub illa conditione alienarentur, vt illarum confirmatio ab Apoſtolica Sede eſſet obtinenda, & cum clauſulis non alias, aliter, nec alio modo, quod ſæpe in graue Eccleſiarum damnum, animarumque ipſorum contrahentium perniciem cedere ſolet, cum vt plurimum nulla alia inde obtenta, nec requiſita Apoſtolicę Sedis confirmatione aut beneplacito, ij quibus facta eſt conceſsio & alienatio præfata eiuſmodi bonorum poſſeſsionem adire, ex eis fructus percipere, & in propriam vtilitatem conuertere non verentur, non perſpecto prius an in euidentem vtilitatem, an verò in euidens

De reb. Eccl. non alien. extra per tot. c. Monemus. c. Quiſquis. c. Vobis. c. Diaconi cum pluribus aliis 12. q. 2.

Paul. 2. in extrauag. ambitioſę de reb⁹ Ecc. nõ alien. Concil. Trid. ſeſſ, 25. de Refor. gener. Cõc, Lat. ſub Inn. 3. c. 44. Conc, Bracharen. 3. c, 2.

c. Abbatibus c. Si qua. cap. Placuit ead. 12. q 2.

Digitized by Google

euidens ipſius Eccleſiæ damnum vt ſæpe contingere ſolet, cum ferè ſemper in conſanguineos, propinquos & domeſticos huiuſmodi fiant alienationes, redundet, & cedat. Quod ſi quis contra huiuſmodi inhibitionem & mandatum auſu temerario facere præſumpſerit vltra pœnas à ſacris Canonibus Apoſtolicisque conſtitutionibus impoſitas, excommunicabitur, aliiſque pœnis arbitrio noſtro infligendis acriter punietur, & huiuſmodi contractus irriti, & inanes erunt, prout præſenti decreto ex nunc eos irritos & inanes eſſe decernimus, & declaramus. c. Indigne, & c. Abbatib. & cad. 12. q. 2.

CAP. II.

ECCLESIARVM bona etiam ad Triennium repræſentata pecunia, hoc eſt anticipatis ſolutionibus non locentur, quod ſi fiat ex Concilij Tridentini præſcripto nullatenus ſucceſſoribus præiudicare declaramus. Seſſ. 25. c. 11. de refor. gen. cap. 2. de precar. 10. q. 2. c. de precariis.

CAP. III.

SI Eccleſiarum bona laicis olim quomodocumque conceſſa aliquo modo caduca facta ſint, caueant Eccleſiaſtica beneficia obtinẽtes, nec pœnam caducitatis expreſſe, aut tacitè per canonum diuerſorum receptionem, aut alio pacto in damnum Eccleſiæ remittant, & ne cum bona ipſa ad Eccleſiam redierint, ea ad longum tempus ſine licentia locent, aut alienent; Si ſecus fecerint, eaſdem incurrant pœnas quę in primo huius Rubr. cap. continentur, & contractus irriti ſint & inanes.

DE INVENTARIIS RERVM Eccleſiaſticarum faciendis. Rub. XVI.

CAP. I.

NE Eccleſiarum bona tàm mobilia, quàm immobilia, ex eorum qui pręſunt negligentia, vel ignorantia depereant, prout experientia compertum eſt multa deperiiſſe, Cathedralis Eccleſiæ Capitulo, atque aliis quibuſcunque Eccleſiaſtica beneficia quocunque nomine cenſeantur obtinentibus, ac hoſpitalium, Confraternitatum, aliorumque piorum locorum gubernatoribus, ſeu adminiſtratoribus vniuerſis iniungimus, vt infra ſex menſes à præſentis Synodi publicatione connumerandos, facta prius diligenti perquiſitione de omnibus & ſingulis bonis mobilibus præcioſis & non præcioſis ad ipſarum Eccleſiarum vſum comparatis, ac deſtinatis, nec non immobilibus, Iuribus, actionibus, annuis cenſibus, canonibus, ſiue redditibus, debitorum nominibus, aliiſue quibuſcunque obuentionibus ad eorum Eccleſias, & beneficia quæ obtinent, ſeu ad pia loca quæ regunt, aut gubernant

Conc. Oxonien. c. 22. & 23.

quouis modo pertinentibus, eorum omnium Inuentarium fideliter, ac diligenter cum ipſorum bonorum qualitatibus, ſituationibus, menſura, vocabulis & confinibus conficiant in Ciuitate & Caſtris (vbi Notariorum copia haberi poteſt) per publicum Notarium coràm duobus vel tribus fide dignis, honeſtis, ac peritis teſtibus, & qui de bonis illius Eccleſię ſint inſtructi habeantque notionem, de qua peritia & notione etiam mentio fiat in ipſo inuentario: In aliis verò aſſumptis duobus antiquioribus de populo illius parochiæ intra cuius limites ſita eſt Eccleſia, beneficium, vel locus prius vna cum Rectore, ſeu Sindico, ſeu vexillifero, ſeu alio quouis nomine nuncupetur, qui illius populi tunc tempo-

ris

ris caput ſit, per ipſomet beneficiatos piorum locorum adminiſtratores, ſeu gubernatores, ſi ſcribere ſciant, alioquin per alios idoneos Inuentarium ipſum conficiatur, conſcribaturque, & præfatorum aſſumptorum ſubſcriptione muniatur; Quod ſi ſcribere ignorauerint Notarius adhibeatur, qui eorum vice ſubſcribat, & de eorum interuentu, ac diligentia fidem autenticam faciat. Quo inuentario peracto Originali ipſum ad Nos, vel curiam noſtram mittent & præſentabunt, & illius copiam ſeu exemplum in aliquem librum redigent ad hunc vſum ſpecialiter deſtinatum, ad ſucceſſores pariter tranſmittendum. Quicunque verò in hoc exequendo vel negligens, vel parum fidelis reperietur pœna ſcutorum vigintiquinque & maiori etiam arbitrio noſtro punietur.

CAP. II.

IDEM de cœtero ab iis Clericis ſeruari mandamus qui de Eccleſiis, Cappellis, Oratoriis, aut beneficiis quibuſcunque Eccleſiaſticis tàm auctoritate ordinaria, quàm à Sede Apoſtolica prouiſi fuerint, vt ipſi quoque intra tres menſes a die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, eadem Inuentaria conficere, & ad Nos ſiue curiam noſtram originale ipſũ præſentare modo & forma in præcedenti cap. præſcriptis teneantur & debeant: Quod ſi quis id facere & adimplere neglexerit, fructibus, & prouentibus beneficij per eum obtenti perceptis & percipiendis priuatus exiſtat, donec ipſum Inuentarium verè realiterque confecerit.

DE

DE REBVS ECCLESIÆ NON *vſurpandis, ac male alienatis recuperandis.* Rub. XVII.

CAP. I.

Syn. Flor. de reb. Eccl. recuper. c. 1. Conc. T. ſeſſ. 25. cap. 11. de refor. gener.

CVM prouincialis Florentina Synodus Sacri Conc. Trid. auctoritate Epiſcopis præcipiat, vt ipſi vel eorum Vicarij ſimul cum vno de Capitulo, & altero de Ciuitatis Clero ab ipſis reſpectiue deligendis ex his, qui aptiores eis videbuntur, recognoſcant, & ad petentium inſtantiam, & ex officio quaſcunque locationes bonorum Eccleſiaſticorum ad longum tempus, ſeu ad vigintinouem annos, ab annis triginta citra ante Trid. Concilij confirmationem factas, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas, & ſi eas in damnum Eccleſiæ, & contra Canonicas ſanctiones, aut non ſeruato iuris ordine, dummodo cauſis pendentibus nihil præiudicij afferatur, contractas fuiſſe iudicauerint, irritas & nullas declarant. Propterea mirum in modum deſiderantes, vt decretum ipſum in Ciuitate, ac Diœceſi Collenſi executioni debitę demandetur ob commodum, quod inde Eccleſiis proueniendum eſſe confidimus, decernimus, vt Cathedralis Eccleſiæ Capitulum ex eius gremio vnum, Clerus verò ex Ciuitatis Clero alterum ex iis, quos aptiores ad hoc negocium cognouerint proponant, & eligant, & vnà cum Vicario noſtro generali locationes præfatas recognoſcere, & (ſi ratio poſtulauerit) irritare poſsint & valeant iuxta ſuperius dicta, & illico

Ex Capitulo fuit propoſitus & electus Reuer. Dominus Leonardus Bonaccurſius I. V. D.

Ex Clero Ciuitatis fuit propoſitus & electus Reuer. Dominus Taddeus Zuccarinus Sacræ paginæ profeſſor.

EIVS-

Digitized by Google

CAP. II.

EIVSDEM Synodi prouincialis Florentinæ auctoritate prefatis Iudicibus electis præcipimus, vt vnà cum Vicario noſtro diligenter inquirant, an bona quæcumque Eccleſiaſtica etiam hoſpitalium ea conditione alienata ſint (ſi Apoſtolica accedat confirmatio) quod ſi in aliqua eiuſmodi alienatione, & præcipue quæ ſupra dictos triginta annos excedunt compererint, conditionem non expletam, reuocent, vt irritam, & inanem.

CAP. III.

VT populis innoteſcat Eccleſiaſticarum rerum quarumcunque vſurpatores ipſo iure excommunicatos eſſe, nec ab alio quam à Romano Pontifice abſolui poſſe, vt ſaltem ſi non virtutis amore, ipſius pœnæ formidinæ ab huiuſmodi ſacrilegio, & facinore committendo deterreantur, præcipimus ſingulis Ciuitatis & Diœceſis noſtræ Curatis & Concionatoribus, & eò magis cum ad id à ſacra prouinciali Synodo Florentina in Domino rogemur, vt bis ſaltem quot annis in primis Aduentus Domini; & Quadrageſimæ Dominicis inter Miſſam, & inter concionandum populo publicare & ad memoriam reuocare ſtudeant Decretum XI Triden. Concilij ſeſſ. 22. de refer. gener. quod incipit; Si quem Clericorum, vulgari idiomate, in hunc qui ſequitur modum videlicet.

Bulla Cœnæ Domini in §. Quiue iuriſdictiones. Conc. Turon. 2 c. 26. c. predia cum plurib. ſeq. q. 2. c. Attẽdendã cum aliis ſeq. 17 q. 4. C. in Canon. §. generaliter 16. q. 1. Concil. Pariſien. 1. c. 1.

Se alcun'Cherico, ò Laico di qual ſi ſia degnità etiam che foſſe Re, ò Imperatore ſi laſcerà in modo tale occupare & accecare dalla cupidità, radice d'ogni male che per ſe ò per mezzo d'altri ardiſca ò preſuma vſando forza, ò mettendo paura ò ſpauento, ò vero con il mezzo di perſone ſuppoſte di Cherici ò Laici, ò con qualſiuoglia arte, ò queſito colore vſurpare, e conuertire in vſo proprio le iuriſdizioni, beni, cenſi, e ragioni etiam feudali & emphiteotici, ò liuellarij, frutti, emolumenti, ò vero qualſiuoglia altra ouuenzione ò rendita d'alcuna Chieſa, ò di qualunche beneficio ſecolare,

re, ò regolare, di Monti di pietà, e d'altri luoghi pij, i quali ſi debbino conuertire, e ſpendere per i biſogni, & neceſſità di Miniſtri di detti luoghi, ò di poueri, ò vero preſumerà impedire che non ſi piglino, ò riſquotino da quelli, a' quali giuridicamente appartengono, queſto tale ſtia ſcomunicato fino à che reſtituirà interamente alle Chieſe, e loro Amminiſtratori, ò beneficiati le iuriſdizioni, beni, robe, ragioni, frutti, e rendite quali hauerà occupate, ò che in qual ſiuoglia modo gli ſaranno venuti alle mani ancor che per donazione di ſuppoſta ò interpoſta perſona, & fin che dipoi harà ottenuto l'aſſoluzione dal Papa, e ſe quel tale ſarà padrone della detta Chieſa, oltre le ſuddette pene, ſi intenda ipſo facto ſenza altra dichiarazione priuato delle ragioni del padronato; Ma ſe ſia Cherico, e che ſia ſtato fabricatore ò mezzano di queſta nefanda, e ſcelerata fraude, & vſurpazione, ò che ad eſſa habbia preſtato il conſenſo, ſia ſottopoſto alle medeſime pene, & in oltre ſia priuato di tutti i benefizij che haueſſe, e reſo inhabile à poterne ottener piu per l'auuenire, e ſia ſoſpeſo dallo eſercizio degli ordini ſuoi anco dopo che harà fatto l'intera reſtituzione, & ottenuta l'aſſoluzione per quanto tempo piacerà al ſuo Ordinario.

CAP. IIII.

c. Decimæ 16. q. 1. arg. tex. in c. ſæpe de reſtit. ſpol. in c. ſicut 47. d. in c. indigne 12. q. 2.

De Decim. cap. 2.

cap. 1. De Decim. in 6.

c. Decimæ, el primo cũ plurib. ſeq. 16. q. 7 c. Eccleſiæ c. de decimis 16. q. 1.

ET cum eodem ferè morbo laborare videantur, qui debitas & conſuetas decimas curatis abnegare, aut dantes impedire non verentur, ne inſcitiæ, aut obliuionis clypeo in interiori aut exteriori foro tueri ſe poſsint, ſi ob non ſolutionem decimarum, vel ob præſtitum impedimentum, ne ab aliis ſoluantur in aliquod animæ, ſeu corporis diſcrimen incidant, decretis prouincialis Florentinæ Synodi inhærendo Parochis omnibus præcipimus, vt inter Miſſam, & Concionatoribus in concione in ſecunda Dominica Aduentus & Quadrageſimæ verbis vulgaribus publicent & interprætentur Decretum XII. Triden. Concilij ſeſſ. 25 de refor. gen. quod incipit, Non ſunt ferendi, eo modo quò infra inſerere placuit, nec non populum moneant, & obteſtentur ad integras decimas perſoluendas ſecundum locorum conſuetu-

ſuetudinem, vt fructuum abundãtiam recipiant, animæq; & corporis ſanitatem conſequantur, & vltra pœnam excommunicationis à Sacro Trid. Conc. aliiſue ſacris Canonibus impoſitam alia multa comminata mala effugiãt, euitentq;, ad quod non parum forſan proderit, ſi verba illa Diui Auguſtini populi auribus inculcabunt aliquando videlicet. Maiores noſtri ideo copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæſari cenſum reddebant, modo autẽ quia deceſsit deuotio Dei, acceſsit indictio fiſci, nolumus partiri cum Deo decimas, modo autem toto tollitur: Hoc tollit fiſcus quod non accipit Chriſtus. Quod à Confeſſoribus quoque ſiue ſeculares ſint, ſiue regulares ſeruari mandamus in pœnitentiali foro, eis prohibentes ne vllo pacto illos abſoluant, qui vel decimas non ſoluerint, vel dantes aliquo modo impedierint.

c. Peruenit. c. Nuncios. c. cũ homine. c. ex parte, c. tua. el 2. De decim. & & fere p tot. Aug. ſermone 219. de temp. c. Reuertimini cũ ſeq. 16. q. 1. Lib. 50. hom. hom. 48. rela. in c. Maiores noſtri 16. q. 7. c. Decimæ 16. q. 1.

Non ſi deono ſopportare ò patir quelli che con varie arti & inganni cercono di ritenere ò non pagar le decime che ſi deuono alle Chieſe, ò che temerariamente, e ſenza ragione occupano, ò vero vſurpano quelle che debbono pagarſi da altri, & le conuertono in vſo proprio, ſendo che la ſoluzione, e pagamento delle decime ſia douuto à Dio, e per ciò quelli, che non vogliono pagarle, ò impediſcono, che altri non le paghino, occupano & vſurpano l'altrui. Comanda dunque il Santo Concilio à tutti di qualſiuoglia grado, ò condizione ſi ſiano, che ſono obligati à pagar le decime, che per l'auuenire paghino interamente quelle alle quali di ragione ſono tenuti, à quella Cathedrale, ò a qual ſi voglia altra Chieſa, ò perſona, alle quali legittimamẽte ſi debbono, e che quelli, che ò le ritengono, ò l'vſurpano ò vero impediſcono chi l'ha da pagare, ſi debbino ſcõmunicare, ne ſi aſſoluino da queſto peccato, e delitto, ſe non dopo che haueranno interamente reſtituito, e ſodisfatto.

cap. Reuertimini 16. q. 1. c. Decimas, il 2. 16. q. 7. c. Parochianos. c. Tua, il 2. de decimas. c. Statuimus 16. q. 1. c. Omnis decimæ 16. q 7. c. Peruenit. c. Non eſt. c. Tua, il 2. c. in aliquib. de deci. Cle. 1. co. t. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 13. § in paroch. ſeſſ. 21. cap. 4. §. Illis autem ſacerdotibus. Fuſc. de viſit. l. 2. c. 2. n. 20.

In oltre il medeſimo Concilio nello ſteſſo capitolo eſorta ciaſcuno che per carità chriſtiana, e per l'obligo che deue tenere, & hauer con i ſuoi paſtori, e curati non gli paia graue ſouuenir largamente di quei beni, che Dio gl'ha dati à laude & honore di S. D. Maeſtà quelli Rettori, e Curati, che con le poche entrate loro non poſſono conſeruare, e

Digitized by Google

mantener conuenientemente, & honeſtamente ſe ſteſsi, e le Chieſe loro.

CAP. V.

VT Parochi diligentiores ſint in exigendis decimis, decernimus quod non vltra triennium continuum: decimas exigere differant, quod ſi diſtulerint & intra dictũ tempus ſemel ſaltem debitorem iudicialiter non interpellauerint, eos vis decurſus decimas exigendi prorſus amiſiſſe declaramus, & vt facilius parochi huiuſmodi decimas conſequantur, pro illis exigendis actionem eis in ſolidum competere tàm contra colonos partiarios, quàm contra Dominos decernimus, vtque quoad decimas grani & lini tranſacto menſe Auguſti, & quo ad decimas vini tranſacto menſe Octobris (intra quod tempus decimas perſoluendas eſſe ſtatuimus) poſt vnicam dumtaxat citationem perſonaliter, vel domi executam, literæ grauatoriæ contra ipſos colonos partiarios, vel dominos, vt Parochi ipſi maluerint concedantur.

CAP. VI.

AT quoniam aliquibus in locis extat conſuetudo vt in quibuſdam feſtiuitatibus fideles certa offerre ſoleant in Eccleſia, quæ vel in parochorum, vel Eccleſiæ, vel pauperum neceſsitates conuertuntur, ne iſta laudabilis conſuetudo, vel parochorum, Eccleſiarumue rectorum ignauia vel parochianorum obliuione, ſeu potius auaritia deſueſcat in Eccleſiarum præiudicium, fideliumq; animarum iacturã, ſtatuimus, vt vbi hæc laudabilis viget conſuetudo oblationes faciendi, ſeruetur; immo vniuerſos noſtræ Iuriſdictioni ſubiectos in Domino hortamur, vt cum ad ſacerdotum, (vt diximus) vel pauperum ſubſidium, vel Eccleſiarum reparationem & ornatum ſint oblationes ipſæ inſtitutæ, Deoque Opt. Max. offerre dicatur quod Eccleſiæ offertur, Sanctorum patruum antiquum vſum & inſtitutum ſequentes; Eccleſiis præſertim iis, quæ tenues facultates & redditus habent, de pro-

Arg. tex. in c. ad Apoſtolicam de Sym.

a Cauſa Carpenſis de ver. ſign.

propriis rebus, & licitis aliquid ſemper offerant, terrena, & cœleſtia præmia ob id ſe promereri poſſe ſperantes. Parochi hanc conſtitutionem aliquando diuulgabunt, maximo in iis locis vbi hæc extat conſuetudo, & prædictas conſuetas oblationes denegantes, impedientes, vel vſurpantes nobis deferent, interim in conſcientiæ foro eos non abſoluent.

c. Omnis chriſtianus de cõſecr. d. 1. Exod. 24.

CAP. VII.

VBI autem alia extat conſuetudo in medio Miſſę inuitandi populum ad oblationes, ſeruari poterit, dummodo id modeſtè, conſuetoque tempore tantum fiat, nullumque auaritiæ ſignum extrinſecus oſtendatur, & Indulgentiæ offerentibus non annuncientur, nec promittantur, & pecunia in burſis dumtaxat accipiatur, ne quid quiſque dederit, aliquo pacto cerni poſsit, vt fideles ad offerendum pietate adducti, non pudore quodammodo coacti, maiores eleemoſinas, quàm cogitauerint, afferant, & nunquam patena, ſed Crux manipulo ſeu ſtolæ intexta, vel aliqua pia imago præbeatur offerenti deoſculanda, nec tunc Sacerdos ab Altare recedat, niſi quando à mulieribus oblationes fuerit accepturus. Quod & in illis oblationibus etiam ſeruandum eſſe ſtatuimus, quæ in Miſſę nouæ celebratione fieri ſolent, ſi licentiam eas faciendi alicui vnquam concedere placuerit, quas tamen niſi noſtro vel Vicarij noſtri conceſſu fieri prohibemus.

Ita cenſuit ſacra Congreg. Conc. Cõc. Maſſit. primũ c. 44. Ex Conſt. Pij V. incip. Et ſi Dominici ędita 6. Id. Febr. 1566.

CAP. VIII.

CVM illi etiam bonorum Eccleſiaſticorum quodammodo vſurpatores imo pauperum necatores iure optimo nuncupari poſsint, qui legata & relicta ad pias cauſas ad quæ quouis modo tenentur, adimplere non curant in nõ modicam animæ eorum, ipſorumq; perniciem & detrimẽtum, qui nunquã deſinunt clamare Miſeremini mei, Miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei. Iob 19. B. 21. vt viuorum ac defunctorum indemnitati eodem tempore conſulamus, cum maxime ad Epiſcopos vtriuſq; iuris diſpoſitione procurare ſpe-

Faciunt c. decimæ 16. q. 1. aliaue loca de quibus ſup. c. 4 in princ. habetur. Concil. Agaten. c. 4. Conc. Cartagin. 4. c. 95. c. Clerici, vel

Digitized by Google

ſeculares 13. q. 2. c. Nos quidẽ. c. Si hæredes. c. Tua nobis. c. Ioan. de reli. dom. clem. Quia cõtigit de relig. dom. c. Nulli, & au&. ibi poſita. c. De Epiſcopis, & Cler. Conc. T. ſeſſ. 22. cap. 8.

c. Qui oblat. 13. q. 2. Conc. Matiſcon. 1. c. 4.

c. Indigne 12. q. 2. c. In canonibus 16. q. 1. Clem. 2. de relig. domib.

ter, vt piæ defunctorum voluntates executioni debitæ quàm citiſsimè demandentur, & eò magis poſt Trid. Concilii publicationem, à quo etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati omnium piarum diſpoſitionum tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos locorum Ordinarii conſtituti ſunt executores; omnibus & ſingulis hæredibus & fideicommiſſariis, qui hactenus fuerint inſtituti, & qui de cœtero inſtituentur, nec non teſtamentorum executoribus ſiue Laici ſiue Clerici ſint, qui ad aliquod legatum ad pias cauſas per teſtatores relictum, vel pro rebus male partis, vel furto ſubtractis, vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum, vel quauis alia cauſa ſeu occaſione ſimul vel diuiſim obligati ſunt vel erunt in futurum, ſub excommunicationis ipſo facto incurrendæ pœna præcipimus, vt ligata & relicta prędicta intra tempora ad adimplendum aſsignata, aliàs intra annum à die mortis teſtatoris adimpleuiſſe, debitæque executioni demandaſſe iuxta teſtatoris voluntatem Nobis fidem feciſſe debeant. Vbi autem ad præſens & tempus anni, & quod in teſtamentis aſsignatum fuerit tranſactum eſt, iis qui ad ipſa legata ſeu relicta tenentur præcipimus ſub eadẽ excommunicationis pœna, vt intra tres menſes, poſtquam præſens conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, præfata legata, ſeu relicta exequantur, vel ſi ea adimplendi, ſeu exequendi facultatem non habuerint, coràm nobis intra dicta tempora compareant honeſtos & conuenientes terminos reportaturi prout temporum & perſonarum qualitate bene penſata expedire videbitur.

CAP. VIIII.

Syn. Flor. de exlam. cap. 1.

VT autem præcedens decretum ſeu conſtitutio ſuum facilius aſſequatur effectum Florentinæ prouincialis Synodi auctoritate innixi omnibus & ſingulis Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ Notariis præcipimus, atque mandamus ſub excommunicationis latæ ſententię pœna, à qua niſi à Nobis, vel Vicario noſtro abſolutionis beneficium conſequi nequeant, vt infra duos menſes poſt huius decreti publicationem denuncient Nobis, vel Vicario noſtro omnia illa legata

&

Digitized by Google

& relicta ad pias cauſas facta, de quibus ipſi rogati fuerint, & quæ per mortem teſtatoris confirmationem acceperint, & in poſterum infra menſem poſt teſtatoris obitum idem facere teneantur de piis illis legatis, quæ rogati conſcriſperint, vt de eis nota ſumi poſsit, dummodo id vel ſuæ Celſitudinis Sereniſsimæ, vel loci legibus non prohibeatur, quo caſu, prohibitione ceſſante tunc menſis ſpacium ad denunciandū currere incipiat, & vt dictorum legatorum memória facilius conſeruetur, ſtatuimus & ordinamus, vt per noſtræ Curiæ cancellarium in librum ad hunc vſum parato pia hæc legata & relicta deſcribantur cum Notarii, Teſtatoris, Legatarii teſtiumq; nominibus, & cum die, menſe, & anno quibus dicta legata facta fuere, Notariis autem & Cancellario prædictis debita merces arbitrio noſtro ſoluatur ab iis, qui legata eiuſmodi conſecutori erunt. Parochi autem, vt hæc omnibus innoteſcant duo præcedentia decreta intra quindecim dies poſt harum conſtitutionum receptionem, die tamen feſto, publice inter Miſſam materno ſermone populo recitabunt, publicabuntque, & deinceps ſingulis annis in Dominica Septuageſimæ, in Dominica Sanctiſsimę Trinitatis, & in prima Dominica Octobris idem exequi curabunt.

CAP. X.

ET quoniam bona omnia Eccleſiaſtica IESV Chriſti patrimonium eſt & clerici qui ipſa poſsident, procuratores non Domini ſunt, viuere de eis tantum, cum Altari deſeruiant, non luxuriari, & de eis ad libitum diſponere permittitur. Vnde ne quod in aliis prohibent ipſi admittere videantur, Sacri Trident. Concilii decretis inhærentes quæcunque Eccleſiaſtica obtinentibus interdicimus, vt omni humano erga fratres, nepotes & propinquos carnis affectu) qui multorū malorū in Eccleſia ſeminarium extat) penitus depoſito, ex redditibus beneficiorum, qui ipſius honeſtè ac ſecundum perſonæ conditionem, dignitatem ac decentiam ſubſtentatis ſuperſunt, conſanguineos, familiareſue ſuos nō augeant, ſed eis Eccleſias reficiant, ornamenta comparent ad diuinum cultum neceſſaria, & oneribus, quæ tàm bonis Sess. 25. cap. 1. Cap. 1. & c. de his. Eccl. ędif.

Eccle-

Digitized by Google

Concil. Rom. ſub Syluestro primo c. 4. c. Quatuor cū plurib. ſeq. 12. q. 2.

Eccleſiaſticis, quam Eccleſiis, ac beneficiis quacunque ratione annexa ſunt integrè ſatisfaciant, & ſiquid vltra ſupererit, conſanguineis, & familiaribus ſuis, ſi pauperes ſint, vt pauperibus donent, alias in cauſis piis, religioſiſque (vt tenentur) erogent.

CAP. XI.

Incip. Roma. Pontif. proui. æditā 3. Cal. Septēb. 1567.

Arg. tex. in c. ſiquis de Clericis 12. q. 2.

CVM ornamenta paramenta, vaſa, nec non Miſſalia, Gradualia, res ſacræ, & quęcumque alia bona ad vſum diuinum deſtinata Canonicorum, ſeu Clericorum beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura obtinentium ad Eccleſias illas ſpectent, quas illi tempore obitus vel ante obtinebant iuxta ea, quæ per conſtitutionum fel. rec. Pij V. ſancita fuere. Propterea ſtatuimus, vt eorum hæredes ornamenta, paramenta, aliaue bona prædicta debeant ſucceſſoribus in ipſis Eccleſiis, & beneficiis reſtituere, & cōſignare intra quindecim dies ad ſummum à die poſſeſsionis beneficiorum per eos appræhenſę ſub pœna excommunicationis aliiſue à prę fata conſtitutione impoſitis, & arbitrio noſtro imponendis; nec non ſub iiſdem pœnis tradere teneantur ſucceſſoribus ipſis libros, ſcripturas, inſtrumenta, & iura omnia ad illud beneficium attinentia, & in bonis Clerici tunc vita functi reperta, & ſi propriis eius expenſis extracta fuiſſent: Quòd tanto fortius à beneficiatis ipſis reſignantibus ſeu cedentibus fieri volumus & mandamus.

CAP. XII.

ET ne Parocho vel Rectore alicuius Eccleſię vita functo bona mobilia, quæ ad Eccleſiam, & ſucceſſores pertinent quoquo modo pareant, aut in nihilum redigantur; hanc ob rem ſtatuimus vt Plebanus ille, ſub cuius Plebatus defunctus dum in humanis agebat, curam gerebat animarū, morte illius intellecta, vel Plebano defuncto Parochus qui vicinior fuerit, plebi vacanti populum repræſentantes alioſq; parochiæ viros fide dignos adhibeat, & coràm illis bonorum omnium mobilium ad Eccleſiam & ſucceſſores

per-

Digitized by Google

pertinentium (vocatis hæredibus Clerici vita functi ſi in loco adfuerint) alioqui ſine illis confici curet inuentarium,& poſtmodū bona ipſa penes aliquem ex vicinia fide, & facultatibus idoneum deponat,retento penes ſe Inuentarij à depoſitario ſubſcripti inſtrumento, vt inde de beneficio ipſo prouiſo ſine diminutione ea bona tradantur: Ita tamen vt res ſacræ quæcumque(ſi depoſitarius Laicus fuerit) in loco tuto penes Eccleſiam, vel virium Eccleſiaſticorum,nūquam verò penes ipſum Depoſitarium cuſtodiantur. Alia verò bona defuncti Clerici eius hæredibus dari, ſeu relinque poterunt inuentario confecto.

DE BENEFICIORVM COLlatione, & de examina promouendorum ad beneficia & ne aliquid pro ipſis beneficiis obtinendis exigatur, detur, aut promittatur. Rubr. XVIII.

CVM ſuperioribus titulis multa de Eccleſiis rebuſque ad ipſas ſpectantibus ſtatuerimus, de iis qui Eccleſias regere,gubernare, earumque bona adminiſtrare & eis neceſſaria prouidere valeant hæc decreta ſubiicere conſonum admodum viſum fuit.

CAP. I.

PROVINCIALIS Florentina Synodus Epiſcopos hortatur,vt in parochialibus Eccleſiis conferendis animarum ſaluti conſulere, & non hominum cupiditati obſequi pro ea (quam Ieſu Chriſto debent) pietate velint: Nos autem cum parochiales ipſæ ex præſcripto Sacri Tridentini Concilij alicui ex iis tantummodo conferri per Nos poſſint, qui ab examinatoribus in Dioceſana Synodo electis idonei iudicati fuerint,hortamur & enixè obſecramus examinatores

De Benef.col la.c.I.

Seſſ.24.c.18. de refor.gen.

res

res ipſos, vt in examine faciendo memores ſint iuramenti, quo ſe ſe obſtrinxerunt de munere eis commiſſo fideliter exequẽdo quacunque humana affectione poſtpoſita, & ideo illos tantum idoneos iudicent, qui officii ſui onus dignè ſuſtinere poſsint, ac qui de Eccleſiis ipſis, eorumue bonis & iuribus bene ſint promerituri, & qui ętatis legitimæ ſint, ac moribus, doctrina, prudentia aliiſue rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam oportunis præditi. Et quoniam maior ſcienti, aac ſufficientia in vno, quàm in alio loco requiritur, videlicet maior in Ciuitate, quàm in Oppidis, & maior in Oppidis quàm in Vicis & Ruribus, vbi tantummodo rudes ac ſimplices perſonæ commorantur; Ideo præ oculis ſemper habeant, vt loci & Eccleſiæ vacantis qualitate penſata, non eandem in omnibus ſcientiam deſiderent, ſed in omnibus talem, qualem ad ipſam vacantem Eccleſiam regendã, & ad ſatisfaciendum neceſsitati muneris ſibi iniungendi ſatis eſſe tuta conſcientia arbitrentur; Indignos & præſertim illos, qui ſua & ſuorum quærunt, non quæ IESV Chriſti ſunt, omnino reiiciant.

Concil. Trid. Vbi ſupra. cap. Cum in cũctis primo reſp. & §. inferiora de electio. & c. nemo eo. tit. i 6. c. Cum ſit ars artiũ de ætate, & qual. Nauar. in Manual. c. 4. n. 4. Abbas d. c. cũ in cũctis. n. 4. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. §. Scientia de refor. gener. Philip. 2. c. 21.

CAP. II.

EXAMINATORES, qui (adueniente vacatione cuiuslibet Eccleſiæ parochialis) eligentur, vt vel Nobiſcum, vel cum Vicario noſtro generali examinandi partes obeunt, (vt Conc. Trid. ſatisfiat, antequam ad examen ſuper ſcientia, & eruditione examinandorum deſcendant, inquirere omni ſtudio curent.

An ordinem præsbiteratus habeant, vel ſaltem illius ſint ætatis, vt infra tempus à ſacris Canonibus, ſacroq; Conc. Trid. præſcriptum ad præsbiteratum poſsint promoueri.

An legitimis natalibus, & catholicis parentibus ſint orti.

An ſtaturo tempore confiteantur, & Euchariſtiam ſumant, ſi Sacerdotes non ſint, ſi autem Sacerdotes ſint, an ſaltem Dominicis, & aliis ſolemnibus diebus celebrent, & ſi in maioribus ordinibus conſtituti non ſint, an ex Breuiarii Romani inſtituto Canonicas horas recitare ſciant.

An cum aliquo inimicitias gerant capitales, & preſertim in loco Eccleſiæ vacantis.

d. c. 18. ſeſ. 24. Ætas eſt ann. 25. cũ in cunctis de elect. c. Licet Can. eod. tit. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de Refor. gen. Quãdo Clerici non ſacerdotes cõmunicare debeãt & ſtatu tũ infra de Sãctiſs. Euch. Sacramento c. 25.

An

An filios non legitimos habeant, & quot, & cur
an ſecum cohabitent.
An ſanæ mentis & domi ſuæ bene præpoſiti; Et ſi maioribus
ordinibus non erunt inſigniti.
An bigami ſint, & an abſtemij.
An excommunicati ſuſpenſi vel interdicti.
An aliquando inſanierint, vel à Demone vexati fuerint.
An publicam pœnitentiam egerint.
An infamia vnquam notati, vel de aliquo enormi crimine
inquiſiti diffamati vel ſuſpecti.
An aliquo corporis vitio, ita vt officii iniungendi onus ſubſtinere non poſsint, & preſertim comitiali morbo laborent.
An aliquam aliam Eccleſiam parochialem rexerint, vel vt
propriam, vel vt commiſſam, & quomodo ſe geſſerint, &
ſi hactenus regant aliquam vt propriam, cur ipſam dimittere velint.
An ſint bonæ exiſtimationis, timoratæ conſcientiæ, ac laudabilibus moribus dotati.
Quæ conuerſatio vitæ, ac fama ipſorum fuerit à tribus ſaltem annis citra.
Item quam modeſtiam, prudentiam, affabilitatem, continentiam, aliaſq; virtutes in actionibus ſuis oſtenderint.
Qua inquiſitione peracta, ſi nullum eis obſtabat legitimum
impedimentum, & decenti veſte amicti, conuenientique
tonſura inſigniti fuerint, Examinatores prefati (cum inter cętera parochis onus incumbat aliquid ex iis quę in Miſſa leguntur populo exponendi, & præſertim Sanctiſſime Miſſæ ſacrificii Myſterium aliquod diebus Dominicis, & feſtis declarandi, & Sacramenta adminiſtrandi) noſſe omni diligentia ſtudeant. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſſæ. c. 8. de ref. gen.
An examinandi ipſi, rectè & explicitè legant, quodue legunt, intelligant.
An ſermones texere ſciantq́, & habere ad populum concionem, & vt id experimento cognoſcant, Euangelium ex libro Miſſali vulgari idiomate interprætandum eis proponant, iubeantq; vt ex eo documentum aliquod ſeu moralitatem aliquam colligant.
An vim & naturam Sacramentorum intelligant; An quæ

I ſit

[illegible]ſcuiuſque ſacramenti materia & forma, quæ cau-[illegible] efficiens & primaria, quæ inſtrumentalis, quæ item finalis, quæ Sacramentorum differentia, qui effectus, & qui eorum ritus, & ceremoniæ.

An idonei ſint ad populum docendum ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, quæ quidem precipue conſiſtunt circa intelligentiam Orationis Dominicæ, Symboli Apoſtolorum, & præceptorum Decalogi iuxta Cathechiſmi Romani explanationem.

Et quoniam ſumma curationis animarum in ſacramento pœnitentiæ conſiſtit, periculum faciant.

An habeant audiendę ſacrę confeſsionis notitiam, vel ſaltem an ſerant qua methodo, ſeu qua regula vti debeat Confeſſarius in audiendis pœnitentium confeſsionibus.

Quæ circunſtantię neceſſario confitendæ ſint.

Quibus criminibus annexa ſit excommunicatio, & quibus reſtitutio, & in quibus contrahatur labes irregularitatis.

Qui caſus ſummo Pontifici quiue Epiſcopis de iure reſeruati ſint.

Quæ ſit differentia inter maiorem & minorem excommunicationem.

Quæ conditiones requirantur in Confeſſore Miniſtro huius Sacramenti pœnitentię.

Quas regulas habeant ad diſcernendum peccata mortalia à venialibus.

Quę peccata confitenda ſunt de neceſsitate, & quæ de congruitate.

Quibus cauſis quis teneatur confeſsionem reiterare.

Qualis & quanta pœnitentia debeat à Sacerdote iniungi pœnitenti.

Quæ verborum forma in abſolutione requiratur de eſſentia, & quę de congruitate.

Quis ordo ſeruandus tàm in abſoluendo à peccatis quàm ab excommunicatione.

Quam cognitionem habeant canonum pœnitentialium; Et ſi nullam habere repererint, reiiciantur.

Quam peritiam caſuum conſcientię teneant, & ſi quid ex præmiſsis omittere, & de aliis perconctari maluerint, eo-

rum

rum arbitrio & voluntati relinquimus: Eos tamen admonitos eſſe volumus, vt ſi fortè aliquis ex iis, qui in arenam examinis deſcenderit, latinam linguam non bene intellexerit, vel rerum faciliū, minimarumq; ſcientiam propè nullam, vſumq; ſe tenere oſtenderit, minime conteratur tempus in rerum difficilium perconctatione, vt etiam volumus, ne vnquam examen omittatur, quamuis qui ſe ad examinandum acceſſerit, apprimè doctus, & in rebus ſacris ſatis ſuperque verſatus, ac valde idoneus ad regimen animarum habeatur.

CAP. III.

PERACTO examine renuncient Nobis vel Vicario noſtro quotcumq; ab eis idonei iudicati fuerint, vt ex ipſis illū eligamus, quem cęteris magis idoneū iudicauerimus, vt ei Eccleſia cōferatur, vel ab eo ad quem conferre ſpectabit; Et cum Concilium non exprimat an vota Examinatorum palàm aut ſecretè ferri debeant, Tamen quoniam Sacra Concilii Congregatio ſæpius cenſuit, magis expedire, vt examinatores palàm inter ſe ſua vota conferant, & deinde Notario iubeant vt in actis ſuis ſimpliciter ſcribat. N. approbatum idoneum, ſeu reprobratum, propterea ab examinatoribus præfatis idem de cœtero ſeruari volumus, & mandamus.

Concil. Trid. d.c. 18. §. Peracto, ſeſſ. 24.

CAP. IIII.

IN beneficiis verò quę curā animarum non habent, etiam ſi dignitates, ſeu Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis ſint, examinatores per Nos eligendi ab examinando, ſi aliàs ætate vita, & moribꝰ idoneus eſſe iudicabitur, perqnirāt.
An horas Canonicas ſciat recitare.
An eius doctrinæ ſit, quàm depoſsit, beneficii dignitatiſque ratio.
An teneat functionum peritiam quā exigit beneficiū illud.
Et à pręficiēdis ad dignitates, & Canonicatus quorum pręcipuū munus eſt Miſſas, aliaue diuina officia canendo celebrare, de iis quoq; perquirunt, quę ad rectè canendi modū attinēt, & eos ſi ignaros repererint, oīno reiiciāt.

De ętate recipiēdorū ad dignitates quibus nulla animarū cura ſubeſt, & ad Canonicatus habetur in Cōc. T. ſeſſ. 24. c. 2. De ætate illorū q beneficia ſimplicia obtinere poſſunt habetur ſeſſ. 23. cap. 6.

CAP. V.

De pœniten. cap. 1.

ET cum prouincialis Florentina Synodus ſtatuerit nullum præsbiterum ſec ularem, ſeu cuiuſuis ordinis regularem ſecularium confeſsiones audire poſſe, niſi expreſſe ab ordinariis approbatus (præuia, vt parochorum) examinatione, ſcriptam acceperit licentiam, propterea Examinatores ipſi à Confeſsariis ea perquirere poterunt (proportione tamen ſeruata) quæ à præficiendis ad parochiales Eccleſias perquirenda eſſe decreuimus, & ne fruſtra quis examini ſe ſubiiciat, vnumquemq; admonitum eſſe volumus, nullum vnquam Nos eſſe approbaturos, qui mediocrem ſaltem cognitionem Canonum pœnitentialium non habeat, vt confitentes ex eis peccatorum grauitatem coniicientes & cognoſcentes inde facilius ad antiquarum ſatisfactionum ſeueritatem, quoad fieri poteſt, opere aut ſaltem animo ſe transferant, nullumque vnquam Regularem ad examen eſſe admiſſuros, qui ſuorum ſuperiorum licentiam auctenticam, & de recenti factam non præſentauerit.

Synod. prou. Flor. de pœnit. cap. 4.

CAP. VI.

CAVEANT examinatores præfati, ne quidam prorſus occaſione huius examinis nec ante, nec poſt accipiant, quod ad Vicarium generalem, Cancellarium, alioſue Miniſtros noſtros extendi volumus ſub pœnis à Concilio Trid. tàm contra dantes quàm contra recipientes impoſitis, aliiſue arbitrio noſtro imponendis, quibus etiam ſub graui pœna prohibemus, ne vllus eorum alteri Collegæ commendet, nec priuatim doceat examinandum.

Seſſ. 24. c. 18. de refor. gen.

CAP. VII.

PATRONOS & quibus in beneficiis præſentandi, nominandi aut eligendi ius eſt in Domino hortamur, vt humana qualibet affectione poſtpoſita nulla habita ratione

ne

Digitized by Google

ne ſanguinis, ſed meriti, non carnali ſed ſpirituali duntaxat affectu [a] moti, idoneos, ætate, vita, moribus & ſcientia inſtituendos Nobis præſentent; idque (ſi Eccleſia ſit parochialis) intra decimum vel vigeſimum diem; ſin autem, ſine cura ſit, intra tempus à iure præſcriptum.

CAP. VIII.

NOS pręterea monemus ne quidquam etiam ſponte oblatum eius rei gratia ab illis accipiant, quos præſentauerint, elegerint, vel nominauerint, ſeu ab aliis eorum nomine; Neue eadem ex cauſa per conductionem bonorum Eccleſiæ, aut ſuo, aut alieno nomine factam fructus ex eis percipiant, aut conditiones, ſeu pacta à Sacris Canonibus aliquo modo reprobata, cum præſentatis, electis, ſeu nominatis ſanciant. [b] Qui ſecus fecerit, iure pręſentandi, eligendi, & nominandi amiſſo indictas ſacris legibus contra Symoniacos pœnas etiam pendant. Qui verò beneficium quodcumque vel muneribus, vel pollicitationibus, & promiſsionibus, ſeu quibuſcumque illicitis & à iure reprobatis pactionibus adeptus fuerit, vel electoribus, præſentatoribus, aut nominatoribus beneficii ipſius fructus capiendi, aut adminiſtrandi poteſtatem fecerit, beneficio illo ipſo iure priuatus exiſtat, ad fructuum quos ex eo perceperit reſtitutionem teneatur, perpetuo inhabilis ad illud, & alia beneficia, & officia Eccleſiaſtica obtinenda cenſeatur, aliaſue pœnas luat à Sacris Canonibus & Apoſtolicis conſtitutionibus impoſitas.

CAP. VIIII.

QVI beneficia reſignant, ipſi quoque caueant, ne quo pacto per ſe, [c] vel per alios, poſſeſsiorem, introitus, redditus & fructus beneficiorum reſignatorum in totum vel in partem amplius tractent, vel in eis ſe intromittant, aliquo modo, alioquin & ipſi, & qui beneficia obtinent pænas contra Symoniacos inflictas incurrant.

[a] Cōc. T. ſeſſ. 24 co. t. c. 18. Ex Conſt. Pij V. incip. in cōferēdis ædita Cal. Ap. 1566. Tēpus in laicis eſt quadrimeſtre in perſonis Eccleſiaſticis eſt ſemeſtre c. 1. de iure patr. in 6.

[b] c. Presbiter. c. quos conſtiterit. c. Quicūque. c. placuit 1. q. 1. c. Si quis dator. c. Saluator. 1. q. 3. c. nobis. c. dilectus, il primo. c. cōſulere cū ſimi. de Sym. Syn. prou. Fl. de Benef. collat. c. 2. & de Symon. c. 2. Conſt. Pij V. incip. Romanū ęd. 16. Cal. Nouēb. 1564. Ex alia Pij V. incip. Intollerabilis ædita Cal. Iu. 1569. & ex alia Syxti V. incip. Paſtoralis officij ędita Id. Auguſt. 1587.

[c] Ex conſtitutionibus ſup. citatis.

VT

CAP. X.

c. Si quis Epiſcopus 1. q. 1. c. Saluator, & c. fin. 1. q. 3. Extrau. 2. de Symon.

VT omnis ad Symoniam aditus precludatur, ſtatuimus vt non ſolum auctores Symoniæ, ſed ij etiam qui quouis modo internuncij interpretes, aut mediatores huiuſmodi promiſsionum ac pactionum illicitarum Symoniacamque hæreſim ſapientium fuerint, & Notarij qui inſtrumenta confecerint Symoniaca, iiſdem pœnis teneantur, quibus addicti ſunt, qui per Symoniam contraxerunt.

CAP. XI.

c. Dilectus, el. primo cũ ibi not. de Sym.

NE vllæ intercedant pactiones Symoniacæ in cauſis beneficiorum, nemini licere volumus (vt ſe à vexatione redimat) etiam in cauſis à iure permiſsis, pecuniam dare, quidquamue paciſci, aut tranſigere abſque conſcientia noſtra: Ei enim qui petierit facultatem ſe à vexatione liberandi non denegabimus, vbi rem fraude carere, & iure permiſſam eſſe cognouerimus: Qui contrafecerit arbitrio noſtro plectetur, & quod factum fuerit, irritum & inane declarabitur, prout irritum ex nunc, & inane eſſe decernimus.

CAP. XII.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de Refor. gen.

CAVEANT patroni vt in perceptione fructuum, prouentuum & obuentionum quorumcumque beneficiorum nullatenus, nullaue ex cauſa vel occaſione ſe ingerant, ſed illos liberè rectori ſeu beneficiato diſtribuendos dimittant, neue ius patronatus venditionis, vel alio quocunque titulo contra Canonicas ſanctiones transferant, ſi ſecus fecerint, excommunicationis & interdicti pœnis ſubiiciantur, & dicto iure patronatus ipſo iure priuati exiſtant.

Digitized by Google

CAP. XIII.

VT Clerici eò magis ad virtutes ſequendas, bonoſque mores amplectendos inflammentur, quò ſe aliquid emolumenti inde conſecuturos eſſe credant: beneficia dignis dumtaxat meriti ſolum habita ratione & non perſonarum Nos collaturos eſſe promittimus; vtque ſpes omnis prorſus ambitioſis & indignis intercidatur, beneficia in Ciuitate & Diœceſi noſtra obtinendi, Sancimus vt qui beneficium Eccleſiaſticum vacans multis & ambitioſis precibus per ſe vel per alios petierit, eò facto ita reddatur indignus, vt per biennium neque illud, neque quouis aliud in Ciuitate & Diœceſi noſtra obtinere valeat, & vt ambitioſorum omnium quantum in Nobis eſt, notionem omnino habeamus, Vicario noſtro, Examinatoribuſque ante dictis præcipimus, vt literas, ſi quas in alicuius commendationem habuerint, & commendationes ipſas, ſi oretenus factæ fuerint Nobis ſtatim aperiant. Qui contrafecerit, excommunicabitur, & pœnas etiam pecuniarias arbitratu noſtro imponendas incurret, quas, ne dum aliàs contra huiuſmodi ambientes conſtitutas illos ſubituros eſſe ſtatuimus, qui beneficia Eccleſiaſtica non dum vacantia, & ſi illorum rector ſit in vitæ diſcrimine conſtitutos requiſiuerint. Arg. tex. in c. ſicut 1. q. 6. & in c. 1. & 2. cũ ſimil. de conceſſ. præben. Rebuf. late in praxi benef. par. 2. de reprob. benef. vacen. imp.

CAP. XIIII.

PROVISI de beneficiis quibuſcumque etiam in Romana Curia, ſi beneficia ipſa in Ciuitate vel Diœceſi noſtra Conſtituta fuerint, teneantur intra duo menſes à die aporæhenſę pacificę poſſeſsionis Nobis exhibere quaſcumque prouiſiones ſeu collationes in eorum gratiam factas ſub pœna amiſsionis fructuum primi anni, locis, ac vſibus piis applicandorum.

CAP. XV.

NOMINATI, præſentati, vel electi non prius admittantur aut inſtituantur, quam infraſcriptũ ius iurandum Conc. Oxomen. c. 14.

dum

dum præſtent in manibus noſtris vel Vicarij noſtri generalis. Videlicet.

Ex Syn. Prouinc. Mediol. primo par. 2. tit. Quæ pertinent ad collat. beneſ.

Ego N. Nominatus, præſentatus, vel electus ad beneficium N. iuro me beneficij obtinendi cauſa, neque quemquam meo nomine, aut conſentiente, vel ſciente me, quidquam Collatori, patrono, ſeu alij cuiquam ea de cauſa promiſiſſe, aut dediſſe, aut compenſaſſe, aut prius datum confirmaſſe vel apud quemquam depoſuiſſe,

Neque mutuo dediſſe, vel locaſſe, vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocumque modo debitum remiſiſſe, aut relaxaſſe.

Nec de domibus, terris, prædiis, redditibus eius Eccleſiæ fructibuſue, decimis, aut oblationibus eiuſdem beneficij, præſentibus, præteritis, aut futuris, donationem remiſsionẽ, locationemue feciſſe, promiſiſſe, aut iniuiſſe, aut alium mandante me promiſiſſe, feciſſe, aut iniuiſſe, Ita me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

CAP. XXVI.

POST inſtitutionem, ſeu collationem de beneficiis quibuſcumque factam, priuſquam inſtituti, ſeu prouiſi, eorum poſſeſsionem apprehendant, Vicarius noſter generalis ab ipſis infraſcriptum exiget Iuramentum. Videlicet.

Ego N. nuperrime de Eccleſia N. ſeu beneficio N. ordinarij auctoritate prouiſus, iuro quod ero fidelis, & obediens Sãctę Matri Eccleſię Romanę, & Catholicę, ac Reuerendiſs. Epiſcopo, eiuſque Vicariis Generalibus, & cuiuſcumque eius legitimo ſucceſſori, quodue de bonis Eccleſiæ prædictæ, ſeu beneficij, ac eius fructibus, & ſuper eis pacta aliqua illicita cum nemine prorſus iniui, nec aliquid cuiquam dedi, vel promiſi, vt ipſam Eccleſiam, ſeu beneficium obtinerem.

Sup. de Inuẽt. cap. 1. & 2.

Item iuro, quod de bonis eiuſdem Eccleſiæ vel beneficij, iuxta præſcriptum huius Diœceſanæ Synodi inuentarium infra tres menſes conficiam, & Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo, ſeu eius generali Vicario exhibebo. Poſſeſsionis verò, & bona immobilia, aliaue quæ immobilium inſtar habentur,

Digitized by Google

bentur,& mobilia præcioſa ad ipſam Eccleſiam, vel beneficium pertinentes, & pertinentia non vendam, neque donabo, neque oppignorabo, vel aliquo modo citra iuris diſpoſitionem alienabo, imo alienata pro viribus recuperabo, Eccleſięque ipſi, vel beneficio in Diuinis per me ipſum, vel per alium, ſi Ius patietur deſeruiam, Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

DE RESIDENTIA.
Rubr. XVIIII.

AT quoniam beneficia Eccleſiaſtica quæ iure vel conſuetudine reſidētiam requirunt, & maximè Eccleſię parochiales reſidentiā adeò annexam habent, vt conferri minime poſsint, niſi iis qui in loco reſidere, ac per ſe curam exercere valeant, propterea poſt rubricam de beneficiorum collatione, &c. hanc de reſidentia ſubiicere conſonum admodum viſum fuit.

c. Quia nonnulli cū ſeq. de cleric. non reſid.
c. Graue nimis de præb. Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 3. de Refor. gen.

CAP. I.

PAROCHIS omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, vt melius oues ſuas agnoſcere, pro eis ſacrificium offerre, verbi diuini prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum operum exemplo paſcere, pauperum, aliarumue miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & cętera munera paſtoralia exercere, eiſque incumbere, & aſsiſtere poſsint, eodemque tempore mortalis peccatis reatum, amiſsionem fructuum, quos pro rata temporis abſentiæ ſuos non faciunt, tutaque conſcientia alia etiam declaratione non ſecuta ſibi detinere nequeunt, ipſarumque parochialium, & aliorum beneficiorum, ſi quæ obtinent, priuationem euitent ad quam contra non reſidentes ſeruato Iuris ordine procedemus, [a] & Nos paſtorali noſtro fungamur officio ſacrorum canonum,

[a] Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 3. de refor gen. C 2 c. à parte, el primo, cū ſib. ſeq. & c. fin de cler. non reſiden.

K [b] Sacri

Digitized by Google

[b] Sacri Concilij Tridentini [c] Apoſtolicarum conſtitutionum [d] auctoritate præcipimus, vt continuam in ſuis Eccleſiis reſidentiam diu, noctuque faciant, & in ædibus parochialibus commorentur, vbi Eccleſia proprias ædes habet, aliàs intra parochię limites [e] vnde ſuo gregi pro officio diligenter attendere, & iniuncto ſibi oneri commode ſatisfacere valeant, donec de parochialibus ædibus prouideatur, & ab illis abeſſe nullo pacto eis liceat abſque rationabili cauſa à nobis in ſcriptis comprobanda, tuncque per bimeſtre tempus ad ſummum, ſi cauſa non fuerit ita grauis, vt ad longius tempus concedendum nos moueat.

[b] cap. Sancto rum Canonum diſt. 70. c. Clericos d. 71. c. licet canon. de elect. in 6. cap. quia non nulli de cler. nō reſid. & ferè per totum tit.
[c] Seſſ. 6. c. 2. & ſeſſ. 23. c. 1. de refor. gen.
[d] Conſtit. Pij IIII. incip. in ſuprema ædita 7. Cal. Decemb. 1564. Conſt. Pij V. incip. Cupientes ędit. 8. Id. Iulij 1568. [e] Fuſc. de Viſit. lib. 2. cap. 3. num. 6. & cap. 4. num. 3. Congreg. Epiſcoporum Epiſcopo Arimin. Viſit. Apoſt. 7. Ianuar. 1578. Lelius Zecchius tract. de Epiſc. c. 5. num. 3. per totum, vbi latè parochum iure diuino & humano ad reſidentiam teneri probat ex variis ſacrarum literarum locis, ex plurium Conciliorum decretis, ex multorum patrum auctoritat. & irrefragabili ratione. Eadem Congreg. Epiſcopo Nucerino 7. Apr. 1574. Concil. Trident. d. c. 1. §. eadem omnia. Fuſc. d. c. 4. num. 6. Congr. Conc. Archiep. Toletano.

CAP. II.

IIS autem qui propriæ ſalutis obliti, diuinorumq; præceptorum immemores à parochialibus eorum Eccleſiis abſentes ad præſens reperiuntur, diſtrictè præcipimus atq; mandamus ſub pœnis à iure ſtatutis, vt intra triginta dies, quorum dierum decem pro primo, decem pro ſecundo, & alii decem pro vltimo & peremptorio termino; ac monitione canonica aſsignamus, ad eorum parochiales Eccleſias reuertantur, ibique in poſterum perſonalem reſidentiam faciant, & per ſe ipſos (vt par eſt) animarum curam gerant, Eccleſiæque deſeruiant, nec amplius ab eis abeſſe licere arbitrentur, niſi in caſibus ſupra expreſsis, etiam ſub prætextu quod Eccleſię ipſæ ſint modicæ æſtimationis, vt multi hactenus id eis tuta conſcientia licuiſſe exiſtimarunt.

Faciunt loca ſupracitata.

c. Extirpādę. §. qui verò de pręben. Cōc. Lat. ſub Inno. 3. c. 32. c. Conquerēte, & ibi communis ſententia de cleric. non reſid. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 121.

ET

CAP. III.

ET quoniam Parochis extra Ciuitatem degentibus ali quando euenire ſolet, vt ex aliqua rationabili, ſeu repentina cauſa à propriis parochiis per aliquod breue tempus recedere cogantur, & vel ob locorum diſtantiam, vel ob temporum viciſsitudinem viæ, aut itineris difficultati adiunctam ad Nos vt licentiam petant venire ſit eis admodum difficile; Hanc obſrem, cum qui aliquantiſper tantum abſunt, non videantur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt, pręſente decreto parochis, qui vltra duo millia paſſuum à Ciuitate diſtant, indulgemus, vt huiuſmodi caſu contingente à propriis parochiis per quinque continuos dies nō feſtos ad ſummum abſque licentia noſtra abeſſe poſsint, dummodo nec confeſsionum tempora ſint, nec infirmi in parochia habeantur, & abſentiæ cauſæ ſimplicium curatorum ab eorum plebanis, ſeu præpoſitis, & plebanorum, ſeu præpoſitorum, à viciniori plebano ſeu præpoſito in ſcriptis comprobentur, & animarum cura propinquiori parocho commendetur, & populus de receſſu, & commendata cura certior reddatur, & ſpatium illud abſentiæ ſic interpellatum duos menſes ad ſummum ſingulis annis non excedat, alioquin ſi præmiſsis non ſeruatis eorum aliquis receſſerit, extraque parochiam pernoctauerit, pro quolibet die, quo eum abeſſe & pernoctare contigerit, vnius aurei pœna mulctetur, & ſi tempus illud interpellatum quot annis duos menſes exceſſerit, pœnas contra non reſidentes decretas, eo ipſo incurrant: Quo verò ad curatos illos qui citra duo milliaria degunt idem ſeruari volumus, & ſub iiſdem pœnis dummodo tunc à Nobis licentia obtineatur.

Concil. Trid. eodem cap. 1. ſeſſ. 23. §. quoniam autem. c. Siquis 7. q. 1.

Faciunt loca de quibus ſupra in primo cap.

CAP. IIII.

SED ne vllo vnquam tempore non reſidentium inobedientia aut incognita aut impunita remaneat omnibus & ſingulis plebanis, & præpoſitis mandamus, vt in libro ad hunc duntaxat vſum ab eis parando, diligenterque cu-

ſtodiendo licentias omnes deſcribant, quas curatis ſub eorum plebatu, ſeu præpoſitura commorantibuus & viciniotibus plebanis ſeu præpoſitis concedent, cauſam etiam quæ eos ad ipſas licentias ſic concedendas induxit, cum die, menſe, & anno diſceſſus & receſſus fideliter annotando, & vt prædicta accuratius obſeruentur, Teſtibus etiam Synodalibus diſtricte præcipimus, vt quilibet eorum in regione ſibi commiſſa, diligenter inquirat an Curati omnes in propriis parochiis perſonaliter reſideant, & per ſe ipſos gregi ſuo inuigilent, & aſsiſtant, munerique ſuo ſatisfaciant, & ſi aliquem eorũ non reſidere vel muneri ſuo minime ſatisfacere perſpexerint, Nobis denuncient. Qui præmiſſa non ſeruabit, & excommunicationis pœna, & aliis arbitrariis punietur.

Syn. prou. Fl. de reſid. c. 2.

CAP. V.

ET ne Parochi illi, quibus cappellanos, ſeu coadiutores in ſuis Eccleſiis pro maiori parochianorum commoditate, retinere permittitur, ab eis ad libitum abeſſe, vel ſi reſederint, ocio tamen indulgere poſſe arbitrentur, cum id nec mentis noſtrę vnquam fuerit, nec noſtrum ſit indulgere, propterea admonitos eos eſſe volumus, vt ſi non reſederint, vel reſidentes gregi earum curæ commiſſo non inuigilauerint, debitiſque eorum muneribus omnino non ſatisfecerint, legitimo ceſſante impedimento à Nobis ſcripto comprobando, contra eos æquæ ac contra non reſidentes ſeruato iuris ordine procedemus, cum reſidere non dicatur, qui & ſi corpore reſideat per ſe tamen animarum curam gerere negligit: Coauditores verò, ſiue Vicarij illi, qui in Eccleſijs parochialibus in perpetuum ſeu ad tempus ex aliqua legitima cauſa aſſumuntur, vel qui ſocij parochis adiunguntur, vt ipſos in cura animarum adiuuent, vel ipſorum vices gerant, ſi perſonaliter & aſsiduè reſidere neglexerint eaſdem pœnas pendent.

Faciunt loca de quibus ſupra in primo cap. & habetur ex deciſionibus aureis Iac. de Graſſis lib. 2. tit. 46. num. 46.

ILLIS

CAP. VI.

ILLIS autem qui dignitates, Canonicatus & præbendas in Cathedrali Eccleſia, ſeu alia quæcumque beneficia Eccleſiaſtica extra ea obtinent, quæ & ſi curata non ſint, tamen iure vel conſuetudine perſonalem reſidentiam requirunt, præcipimus, vt in eis aſsidue reſideant, diuina officia per ſe, & non per ſubſtitutos exerceant; Abſentibus verò, vt intra triginta dies ad ſummum ad ſua beneficia, Canonicatus, & dignitates perſonaliter ſe conferant, atque in iis permanentes inde nec ipſi, nec qui ad præſens reſident ſine noſtra ſcripta licentia c. relatum. c. inter. & ibi bona glo. in verbo ſine iuſta cauſa clericos de cler. non reſid. c. non oportet de conſecr. diſtin. minime diſcedant, alioqui abſentes ſunt, ſi ad terminum præfixum non redierint, & qui præſentes ſunt, ſi diuina officia per ſe ipſos non perſoluerint pœnis à Sacris Canonibus, à Trid. Conc. & ab Apoſtolicis Conſtitutionibus contra non reſidentes ſtatutis, vſque ad priuationem incluſiue contumacia creſcente ſeruato iuris ordine punientur.

Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 2. & ſeſſ. 24. c. 12. de ref. gen.

c. Ex parte, el primo c. inter c. ex tuę, & c. fin. cum ſimilib. de cler. nō reſiden. Concil. Trid. & Cōſt. Apoſtolicę de quibus ſupra c. 1.

CAP. VII.

ALIIS verò clericis tàm beneficiatis quàm non beneficiatis cuiuſcunque ordinis ſint, præſertim iis qui alicui Eccleſię de mandato noſtro aſcripti ſunt, & eo magis ſi pro illius Eccleſiæ vtilitate vel neceſsitate aſſumpti fuere, nullo pacto liceat abſque conſenſu noſtro ſcriptis exarando, noſtriſq; literis demiſſoriis vltra decem dies à Ciuitate vel diœceſi noſtra Collenſi abeſſe, minuſque liceat in alterius Ciuitatis Territorio Baſilicis, ſeu Oratoriis inſeruire. Quicumque contra decretum hoc noſtrum commiſerit, pœnis à Sacris Canonibus inflictis, & aliis arbitrio noſtro infligendis ſe nouerit ſubiacere.

c. Nō oportet c. Si qui vero. c. Si quis preſbiter 7. q. 1. c. Monacum. 20. q. 4. Ex Conc. Taronen. primo c. 1. ex 3. Syn. Conſt. c. 17. Ex Cōc. Laodi. c. 41. & 42. Ex Conc. Tr ſeſſ. 23. c. 16. de refor. gen. Cōc. Epa. c. 5. Cōc. Ven. c. 5

Digitized by Google

DE PAROCHIS EORVMQ. munere & officio. Rub. XX.

CAP. I.

PAROCHI omnes, aliique animarum curam quomodolibet exercentes, vt præcepto diuino obtemperent, quod in ouibus eorum curæ commiſsis paſcendis & [a] agnoſcendis conſiſtit ſinguli diebus Dominicis, [b] feſtis ac ſolemnibus aliiſue ita frequenter in eorum Eccleſiis celebrent, vt muneri ſuo ſatis faciant, & inter Miſſæ ſacrificium pro data ipſis cœlitus gratia ſacram ſcripturam diuinamque legem ex ſanctorum patrum doctrina, & Catholicæ, atque Romanæ Eccleſiæ ſenſu exponant, ſalutiſque monita vernacula lingua in parochianorum cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus inſerere ſtudeant iuxta ea, quæ à Sacro Conc. Trid. [c] præſcripta ſunt, & vt infra habetur, [d] nec non fidei rudimenta ac obedientiam erga Deum & parentes pueros doceant, & in viam Domini dirigant vt ſupra dictum fuit. [e]

[a] Ioan. 21. Sot. in 4. ſent. d. 13. q. 2. ar. 3.

[b] Sot. de Iuſt. & iur. libr. 9. q. 3. art. 1. Nau. in Man. c. 25. nu. 134. Cuccus Inſt. iuris Can. de Miſſa nu. 25.

[c] Seſſ. 5. cap. 2. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſſæ can. 8. eadem ſeſſ. in decreto de obſer. & euitan. ſeſſ. 24. c. 4. & 7. de reform. gen.

[d] De prędic. Verba Dei cap. 16.

[e] De fidei initiis à parocho traden. c. vnic.

CAP. II.

ET quoniam in Diœceſi noſtra Collen. maxima eſt Sacerdotum penuria, & ſi parochis nunquam liceret diebus feſtis proprias Eccleſias abſque Miſſa deſerere, nulla ferè feſtiuitas ab Eccleſiarum parochialium & ſimplicium rectoribus per Diœceſim exiſtentibus ſolemniter celebraretur ex his quæ in diem feſtum de præcepto ſeruandum incidunt cum aliquo diuini cultus detrimento, & parochianorum non paruipendendo ſcandalo: Propterea, vt in feſtiuitatem ipſarum ſolita, ac conſueta celebratione perſeueretur,

neretur, & eadem pietate, ac religione qua hactenus fieri conſueuit in poſterum feſtiuitates celebrentur, præſenti decreto ſtatuimus, vt parochi illi, qui vltra duo milliaria ab Eccleſia in qua dies feſtus agetur, non diſtabunt, poſsint ad ipſam Eccleſiam conuenire, ibique ſacrum celebrare, dummodo nec flumen, nec quid aliud intermedium ſit, quod parochianos ſuos impedire poſsit, quin ad eandem Eccleſiam, aut alibi propius ad audiendam Miſſam commodè accedant, & parochiani præcedenti feſto per parochos præmoniti fuerint, quod eo die ad dictam Eccleſiam celebraturi conuenient.

CAP. III.

PROVINCIALIS Florentinæ Synodi decretis inhęrentes parochis quibuſcunque, aliiſue ad celebrandum ex officio aſtrictis præcipimus, nè alicuius priuati cauſa horam Miſſæ popularibus accommodam, aut anticipent, aut differant, neque in ea, aut conciones, aut alia quæ diei officium, aut feſti celebritas expoſcat prætermittant, nec Miſſam inchoatam aduenientе aliquo repetant, nec ad altare expectent, aut alia ratione contra rei ſacræ decorum, aut populi vtilitatem alicui obſequium præſtent. Siquis huic decreto quouis modo contraire præſumpſerit, xxv. aureorum pœna mulctetur, Laici verò qui parochos, ſeu ſacerdotes præfatos ad ſic contraueniendum minis, aut metu induxerint, ſeu coegerint excommunicentur, & pro culpæ grauitate aliis pœnis arbitrio noſtro puniantur.

De celebrat. Miſſæ c. 5.

CAP. IIII.

PAROCHIANOS moneant, vt propriam parochiam frequentent, ibique Miſsis, & concionibus Dominicis ſaltē aliiſque feſtis, & ſolemnibus diebus interſint, paternas, ac ſpirituales parochorum monitiones, Verbi Dei prædicationem, matrimoniorum, feſtorum, Vigiliarum, ac ieiuniorum denunciationes, orationum, proceſſionum,

Conc. T. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. gen. c. 2. de Paroc. c. in Dominicis 9. q. 2. Synod. Senē.

ſionum, Indulgentiarum, & huiuſmodi ſpiritualium exercitationum indictiones, harumque conſtitutionum, in his maxime, quæ ipſorum negocium tangunt, publicationem auditur, vt ſic & ab erroribus caueant, & pœnas tàm temporales, quàm æternas effugiant: Immo eis ſignificare non deſint, vnumquemque parochiæ ſuæ ad audiendum Verbum Dei intereſſe teneri, vbi commode fieri poteſt, ex Sacri Concilij Tridentini præſcripto.

[margin: ...en. in Decretis morum c. 12.]

[margin: Eiſdem ſeſſ. & cap.]

CAP. V.

[margin: c. Aquam ſal: de cóſ. d. 3. Fuſc. lib. 1. c. 7. num. 3.]

SINGVLIS Dominicis diebus aquam ſale aſperſam, qua populum ante Miſſæ initium de more aſpergant, ritu ſolemni ſtatiſque pręcibus ſuperpelliceo, ac ſtola induti in Vaſis, ſeu lauellis diluculo benedicant; Vetus verò quæ in ipſis Vaſis, ſeu lauellis ſupererit, non niſi in ſacrarium, dummodo capax ſit, alioquin per Eccleſiam effundatur, vt autem aqua pura, ac ſine ſorde ibidem conſeruetur, ſemel ſaltem ſingulis menſibus Vaſa ipſa mundentur, & abſtergantur per Sacriſtam.

CAP. VI.

IN id maxime incumbant Parochi, vt populum ſibi commiſſum ad Deum, piè, ſanctè, religiose, & reuerenter colendum, timendum, amandumque inſtruant, & exhortentur; Ieiunia, dies feſtos, quæ in ſingulas hebdomadas incidunt ad Calendarij Eccleſię noſtræ præſcriptum religiosè celebrent. Dominiciſque diebus inter Miſſam illam, ad quam maior pars populi conuenire ſolet, iuxta Eccleſię conſuetudinem celebranda denuncient, & generalem de more faciant confeſsionem ad Breuiarij præſcriptum, ipſiſque obedientiam erga eorum Dominos, Præpoſitos, & Superiores ſępe commēdent, quos ſi audiuerint, Deum etiam remuneratorem audient, ſi verò contempſerint, ipſum vltorem ſentient. Vt autem bubulci, & qui beſtias paſcunt diebus feſtis ad Miſſas audiendas accedant omnem curam & diligentiam adhibebunt.

[margin: Fuſ. de Viſit. lib. 1. c. 20. numero 34. cap. 1. de conſec. diſtin. 3. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de delectu cibo. Ieiu. & die. feſt. Conc. Matiſcon. 2. c. 1.]

[margin: Burcar. libro 2. cap. 71.]

DE

Digitized by Google

CAP. VII.

DE populi ſibi commiſsi neceſsitatibus temporalibus, & ſpiritualibus ſtudioſe inquirant, eiſq; pro viribus opitulari, & alios eorum exemplo & hortatu ad id officium incitare ſtudeant; Infirmos vocati, & non vocati diu noctuq; prout neceſſarium eſſe intellexerint, inuiſant, vt ad confeſsionem, aliorumue ſacramentorum ſuſceptionem inducant, & eorum animabus (quacumque ratione poſſunt) ſolicitè conſulant, illud Euangelicum memoriter recolentes, quod in nouiſsimo examine viſitatores infirmorum regno remunerabuntur eterno, nec non quam maxime inuigilent atque ſummopere curent, ne eorum culpa, negligentia, aut incuria abſque ſacramentis, animæque commendatione aliquem e vita migrare contingat, alioquin ſuſpenſione ab officio & beneficio, aliiſque pro modo culpæ & negligentiæ pœnis grauiſsime corripientur. Qua de re patres familias, alioſue domeſticos hortamur, vt tempeſtiue parochos moneant de eorum familiæ infirmitate, vt tempeſtiue etiam parochi eis ſacramenta valeant adminiſtrare.

Fuſc. libro 1. c. 5. num. 48. In Rituali ſacram. de quo ſupra de infir. viſit in princ. §. 1. de celeb. Miſſæ. Conc. Oxonien. c. 6. Matth 25. D. Fuſ. eo. c. n. 5. Syn. pro. Flo. de ſacra. c. 2. c. officium de off preſbiteri c. ſi preſbiter, & c. cognouimus 26. q. 6.

CAP. VIII.

CVM indulgentiæ erunt populo publicandæ, quas tamen abſque licentia noſtra publicari omnino prohibemus. Parochi doceant poteſtatem illas conferendi à Chriſto Eccleſiæ conceſſam eſſe, & vt populus ad eas pie, deuoteque ſuſcipiendas ardentius inducatur, magna emolumenta, ſalutareſque effectus inde prouenientia explicent, & præcipue pœnam peccatis debitam per indulgentias in ſtatu charitatis ſuſceptas totam, vel partem remitti, prout plenariæ, vel ad tempus limitatæ conceduntur: Illaſq; indulgentias, etiam perpetuas pro quibus conſequendis manus adiutrices erant porrigendæ quaſi ad quæſtum ductas, nec non eas, quæ quæſtuandi, quæſtores deputandi aut quæſtus faciendi pro Indulgentiis conceſsis ſeu concedendis quomodolibet facultatem ſeu poteſtatem continent per

Congreg. ſuper negociis Epiſcoporum Epiſc. Berg. Conc. T. ſeſ. 25 in decreto de Indulgen.

Pij V. conſtitutionem abrogatas eſſe, & ideo curati tam ſeculares quàm regulares, & Monaſteriorum præfecti quæſtores non admittant, nullumque ex eis in eorum Eccleſiis & parochiis elemoſinas petere, ſeu mendicare permittant ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, tuncq; eos moneant, vt ſimpliciter, piè, & modeſtè eleemoſinas quærant, ſumantq; quod illis ſponte datum erit, & ne vt maiores eleemoſinas exigant, & extorqueant, eos Indulgentias publicare, Conciones habere, reliquias, imagines, campanellas (exceptis collectoribus hoſpitalium Sancti Antonij Viennenſis, quibus vnica tantum campanella ex priuilegio permittitur) grana, acus, & ſimilia inſtrumenta deferre, aut donare quæ quæſtores deferre ac donare conſueuerant, aut eleemoſinas tanquam debitas & conſuetas petere ſinant, vt Sacrę Congregationes Concilij & Epiſcoporum ſępius cenſuerunt, & ſi aliquem eorum vel in tabernis, aut in locis incongruis hoſpitari, aut inutiles expenſas facere, aut falſum Religionis habitum geſtare, aut in aliquo ex prædictis vel ſimilibus delinquere depræhenderint, contra eos inſurgant, retineant, ſpolient etiam, & ſtatim ad Nos deferant, vt in ipſos, (vt par eſt) animaduertere valeamus. De abuſibus autem, ſi qui circa ipſas Indulgentias emerſerint Nos in dies certiores reddere curabunt.

Inclp. & ſi Dominici, ædita 6. Id. Februa. 1566. Concil. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. in fi ne, ſeſſ. 21. c. 9. de ref. gen. c. Cum ex eo de pœn. & remiſſ.

Cong. Conc. Epiſc. Papieſ. die 25. Sept. 1573. Cong. Epiſc. Epiſco. Aret. die 3. Sept. 1591.

CAP. VIIII.

CVM æquum ſit vt illam ſalutemus, per quam ſalus mundi credentibus apparuit; ſtatuimus, vt in Cathedrali, & parochialibus Eccleſiis Ciuitatis & Oppidorum Diœceſis noſtrę veſpere, ſummo mane videlicet ante lucem, & meridie pulſari debeat campana ſtatis Horis pro Beata Virgine ſalutanda, & ruralibus Eccleſiis pulſetur veſpere ſemper, Dominicis autem & feſtis diebus etiam meridie vt populi genuflexi Salutationem Angelicam recitent, Antiphonas illas recenſentes, quę in quotidiano exercitio in libello Officiorum Beatæ MARIAE, (qui vulgo dicitur) l'Vfiziuolo della MADONNA. Pij Quinti iuſſu ædito habentur,

Paſc. lib. 1. c. 14. num. 16.

bentur, videlicet ad primum ſignum, Angelus Domini nunciauit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto. Aue Maria &c. ad ſecundum. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum; Aue Maria &c. Ad tertium; Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Aue Maria &c. Orationem illam; Gratiam tuam quæſumus Domine, ſtatim ſubdentes. Quas quidem Antiphonas vna cum dicta oratione parochi doceant populum, ipſumque commoneant, & in Domino hortentur, vt flexis genibus eas ſumma pietate, ac religione recitet Indulgentias recitantibus conceſſas enunciando, & donec eas didicerint, vt Salutationem Angelicam ter ſaltem iiſdem ſeruatis pronunciet.

CAP. X.

VT ſalutare illud inſtitutum pulſandi campanam primima, vel ſecunda hora noctis ad excitandos populos, vt Deum pro defunctis deprecentur extra Ciuitatem quoque introducatur, Parochis omnibus per Diœceſim exiſtentibus præcipimus, vt hora parochianis ſuis magis accommoda campanam pulſent, ter ſignum dando vt ad Salutationem Angelicam fieri conſueuit, ipſoſque pro viribus ad orandum pro defunctis inducant, Indulgentiam à Gregorio XIII. ſic orantibus conceſſam euulgando.

CAP. XI.

VT autem Cathedrali, ſeu Matrici loci Eccleſiæ is honor exhibeatur, quem voluit Sacrum Lateranenſe Concilium exhiberi, in Eccleſiis quibuſcumque tàm Regularium; quàm Secularium Clericorum non pulſentur campanę in Sabato Maioris hebdomadæ antequam pulſentur in Eccleſia Cathedrali in Ciuitate, alibi vero in Matrice ſub pœna in prædicto Lateranenſe Concilio contenta. Quod quidem aliis temporibus ſeruari in Ciuitate volumus, cum pro ſigno Salutationis Angelicæ pulſatur campana, vt non prius in aliis Eccleſiis; nec minus in Turri Communitatis pulſetur quàm datum fuerit ſignum in Cathedrali.

Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 21. Sacra Cong. Regularium, idem pluribus reſcripſit Epiſcopis.

CAP. XII.

FERIA quarta Cinerum Miſſam in eorum parochiis celebrent, cineres benedicant, & conuenientibus iuxta Eccleſiæ morem imponant. In feſtiuitate Purificationis B. Virginis, & Dominica Palmarum Candelas, & Palmas reſpectiue, ad Miſſalis noui præſcriptum benedicant & diſtribuant iis tantum, qui in Eccleſia aderunt, nec eas vnquam ad domos laicorum deferant, aut mittant. Caueantque, ne in huiuſmodi benedictionibus Palmas aut Candelas illas admittant, quas mulierum amatores deferre ſolent benedicendas, vt eorum amaſiis largiantur; Immo pœna excommunicationis propoſita id eis prohibeant. In Die Sabbati Sancti fontium baptiſmalium benedictio ab iis fiat, ad quos ſpectat, iiſq; omnes conueniant qui conuenire habent, temporibus debitis & conſuetis, Parochianorum domos aqua benedicta aſpergant, & Cruces (vbi conſuetum eſt) affigant. In benedicendis ouis, aliiſue comeſtibilibus, nec ante, nec poſt benedictionem aliquid accipere, niſi quod eis ſponte datum fuerit, præſumant, ipſaq; in Altaribus (vbi ſacrum fieri ſolet, nequaquam benedicant ſub arbitrii noſtri pœna.

CAP. XIII.

EO triduo maioris hebdomadæ, quo fragor, & ſtrepitus, piè, ac religiosè, ſummoq; cum myſterio fieri in Eccleſiis conſueuit, ſibila, ſtrepitus indecentes, pulſationeſque inconuenientes prohibeant, populumque doceant quomodo in dictis fragore, ac ſtrepitu faciendis gerere ſe debeat ne inſtituto Sanctæ Matris Eccleſiæ aduerſentur.

CAP. XIIII.

NON eſt ferenda conſuetudo illa, quæ puellæ antequam aut rarò ad Miſſam egrediuntur, & tamen ad choreas, ad nuptias, ad vineas, & prædia ducuntur, eiſque ad

ad libitum feneſtræ permittuntur. Propterea parochi prædictam conſuetudinem tanquam animabus perniciosam ab eorum parochiis tollere ſtudeant, patres, ac matres familias commonendo, & cohortando in publicis ſermonibus, quos ad populos habere debent, & priuatim quoq; vt filias diebus feſtis, quibus de præcepto eſt audire Miſſam, ſecum ad Eccleſiam ad ipſam audiendam ducant, vel mittant: aliàs in pœnitentiæ Sacramẽto parẽtes prædictos ad abſolutionem non admittant, quod ab aliis etiam Confeſſariis non parochis ſeruandum eſſe mandamus: Quod cum Viduis pariter facere non prętermittent, eas monendo, & obſecrando, vt non domi ſe poſt viri mortem contineant, ſed nobiles illas, ac Sanctas Martam, & Magdalenam Lazari, ſorores imitando, quæ luctu non obſtantę quo fratrem recenter mortuum lugebant, egreſſæ fuerunt ad Dominum Ieſum adhuc mortalem ſuſcipiendum, ipſæ quoque exeant ad videndum eum iam immortalem, & glorioſiſsimum in Sacramento exiſtentem, & exorandum vt ſicut Lazarum è ſepulcro eduxit, ſic ſui viri animam è purgatorio (ſi in illo eſt) educat.

Nau. in Man. c. 21. n. 3. & 4.

Nauar. eodẽ cap. num. 9.

CAP. XV.

PAROCHIS, aliiſque omnibus Eccleſiarum quarumcunque rectoribus, & ſacriſtis inhibemus, ne clericos tam ſeculares, quam regulares peregrinos, vagos, & ignotos in eorum eccleſiis ad celebrandum, vel ad aliquod Eccleſiaſticum miniſterium ſolemniter exercendum admittant, niſi licentiam à Nobis in ſcriptis obtentam, ſignoque noſtro, vel illorum, qui per Diœceſim ad hoc munus ordinabuntur ſignatam, ipſis præſentent, qui quidem nunquam huiuſmodi licentias eis concedent, niſi prius proprii ordinarii literas teſtimoniales viderint adeo recentes, quibus pro locorum, vnde aduenerint, diſtantia, fides adhiberi poſsit, & tunc nec etiam Sacerdotes prædictos admittant, niſi in habitu fuerint Clericali: Notos autem, & alienæ Diœceſis ad Miſſæ celebrationem tantum recipiant, ſi publicè, & notoriè criminoſi non ſint, ſeu ſuſpenſi, interdicti, aut excommunicati, conuenientemque habitum, & cle-

Conc. Tr. ſeſſ. 22. de obſ. in celeb. Miſſ. Seſſ. 23. c. 16. de refor. gen. c. Trib. & ibi gl. de cõſ. d. 5. c. Tuæ de cle. peregr. c. Fraternita. de cle nõ reſ. cap. Primatus cũ tribus ſeq. diſt. 71. c. Clericum, diſt. 72. Syn. Flor. de cel. Miſſ. c. 2. Conc. Cabiloneñ. 2. c. 41.

clericalem tonſuram geſtent; alias tàm celebrantes, quàm ipſos admittentes ſuſpenſionis pœnam per tres menſes, & alias arbitrarias incurrant.

CAP. XVI.

c. Paſtoral de his quę fiunt à Pręl. Syn. Mog. de doct. Chriſtiana c. 95. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de refor. gen. c. Eccl. 13. q. 1. Cōc. Carthagin. 1. c. 10. c. Scriptū eſt. 6 q. 3. Syn. Hil. c. 22. Fuſ. de Viſit. lib. 2. c. 3. n. 41.

ET quoniam vnicuique Gregi proprii conſtituti ſunt termini, & aſsignati paſtores, ne quis alienum inuadat Gregem ſtatuimus, nulli licere Sacerdoti curatus ſit, vel ne, intra limites alienæ parochię concionari, oblationes colligere, ſacramenta conferre, niſi aliqua vrgente neceſsitate, aut quid aliud in illius parochialis Eccleſię prẹiudiciū facere: In propria autem parochia, ne parochis alienos parochianos baptizare (niſi neceſsitas ad id faciendum eos impellat) aut eos matrimonio coniungere, vel poſt contractum matrimonium eis benedicere, aut Euchariſtiæ Sacramentum in die Paſchatis Reſurrectionis ipſis conferre liceat ſub pœnis à Iure ſtatutis, & aliis arbitrio noſtro infligendis decernimus.

CAP. XVII.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de ref. matr. c. Omnis de pœn. & rem. c. Interdicimus 16. q. 1. p quē tex, notant DD. Sacramēta à propriis parochianis tātum eſſe recipienda.

ET quoniam pluribus in locis, & in ruralibus Eccleſiis ferè in omnibus vbi Clerici nulli ſunt, ſacerdotibus ſacrificium Miſſæ ad altare offerentibus laici, & ferè ſemper pueri nullo clericali habitu veſtiti, immò ſæpe ſine tibialibus, & calceis pannis ſordidis, & laceratis induti cum non modica diuini cultus indignitate, clericalis miniſterii dedecore, aſtantiumque offenſione deſeruiant, & ad proceſſiones, & funera Sanctiſsimæ Crucis vexillum deferunt; ſtatuimus, vt nullus Parochus, ſeu Sacerdos de cœtero Miſſæ ſacrificium offerre abſque Miniſtro clerico veſte talari, ac cotta induto in Ciuitate, & oppidis, vbi Clerici haberi poſſunt, aut Crucem in proceſsionibus, ſeu defunctorum exequiis alii quam Clerico, vt ſupra induto deferendam dare audeat, ſeu præſumat; In locis verò vbi Clerici non ſunt, nec haberi poſſunt, permittimus, vt laicorum opera vtantur, dū modo infra menſem veſtulā ſaltem vnā talarem, & cot-

tulam,

Digitized by Google

tulam, ſeu cappam ad inſtar capparum confraternitatum Diſciplinatorum prouideant, & præparent, eaque ſemper indui faciant illum, qui & Miſſę ſacro inſeruire, & Crucem deferre debet: Caueant tamen Parochi, & Sacerdotes quicumque, ne illorum opera in diuinis vtantur, qui vel eorum filii illegittimi ſint, vel pro talibus publicè habeantur, alioqui vigintiquinque ducatorum pœnam eo ipſo abſq; alia incurrant declaratione. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. c. Cum decorem cum ſeq. de filiis præſ. Syn. Ticuer. celebrata anno 1549 do Miſſæ off. ritè per agen.

CAP. XVIII.

CVRATI diligenter in ſuis parochiis de ſingulorum moribus, & vita exquirant, & tanquam vigiles paſtores infectam & aberrantem ouem curent, & reducant: Si quos autem (quod Deus auertat) hæreticos, vel de hęreſi ſuſpectos, vel male de fide catholica, aut chriſtiana Religione ſentientes, vel qui ſcripta, libros, ſeu opera hæreticorum, vel alio modo prohibita habeant, ſe perlegant, vel qui ſinceritati catholicę fidei, aut Summo Pontifici, aut Epiſcopis, aut aliis Prælatis, ſeu Eccleſiaſticis quoquo modo detrahant, ſeu maledicant, aut qui Eccleſias non frequentent ſaltem tempore debito, aut qui ſacrę ſcripturæ verbis, contra ea, quæ ſuperius ſancita ſunt, abutantur, aut qui ſuperſtitionibus, ſortilegiis, diuinationibus, maleficiis, huiuſmodique nefariis, & ſacrilegis artibus operam dent, Nobis referant, atque denuncient, pro certo habentes, ſe nihil Deo gratius, quibuſque ſuis ſalubrius in vniuerſo ſuo munere efficere poſſe. c. Excommunicamus. §. adiicimus de hæret. Fuſc. lib. 2. c. 3. num. 36. Timotli. b. 2. tract. 4. c. 15. De abutentibus ſacr. ſcr. p. cap. vnic.

CAP. XIX.

MONEANT quoque populum fidei eorum commiſſum, vt ſi pariter quempiam ipſi intellexerint hæreticum, vel de hęreſi ſuſpectum, vel aliquid dixiſſe, vel feciſſe quod veriſimiliter hæreticam prauitatem redolere videatur, vel ſi libros hæreticales, ſcripturæ prohibita vllum apud ſe habere, vel legere cognouerint, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à commune conuerſatione fidelium, c. Cũ ex iniũcto de hæret. Greg. 9. per cõſt. incip. ex-

Digitized by Google

municamus. lium, vita & moribus diſſentientes ſciuerint, eos ſtudeant Nobis indicare, vel hæreticæ prauitatis Inquiſitori: Quot vt ſtudioſius faciant parochi pœnam excommunicationis proponant, quam incurrunt ij omnes etiam Laici, qui tale quid ſcientes non patefaciunt.

Innocẽ.4. per conſt. incip. Nouerit. Nic.3. p cõſt. inc. Nouerit.

CAP. XX.

Synod. Flor. De hęret. c.1. c.2. §. inhibemus. de hær. in 6. Conc. Conſt. tinoſ. 3. c. 64.

AD tollendum occaſiones errandi, ac hæreſum ſemina diſſeminandi, bonoſque mores corrumpendi prouincialis Florentinę Synodi veſtigiis inhærentes tàm publicas, quàm priuatas rudium, imperitorum, & ſuſpectorum hominum, de his quę ad fidem pertinent, diſceptationes, & ſermones prohibemus, curatiſque præcipimus, vt ex parte noſtra ſub pœna excommunicationis ea prohibeant, ac pęnitus ab eorum parochiis tollant. Diſceptiones verò illę, quę a diuinę legis peritis, & in ſacris literis exercitatis aliquando haberi ſolent, cum compertum ſit, eas potius ad deſtructionem quam ad ædificationem facere, de cætero nec publicè, nec priuatim coràm rudibus, & idiotis habeantur, ſub eadem excommunicationis pœna.

Concil. Trid. ſeſ. 25. in dec. de Purgat.

CAP. XXI.

Fuſc. lib. 1. c. 3. num. 37.

INQVIRENT etiam an in eorum parochiis degant publici concubinarii, adulteri, lenones, vſurarii, blaſphemi, excommunicati, luſores, diſſoluti, bonorumque mores corruptores, an homines incogniti, an artes illicitæ, an diſsidia, & inimicitiæ, an coniuges in ſimul non cohabitantes, vel in gradibus prohibitis, aut alias minus canonicè coniũcti, an bonorum Eccleſiaſticorum illegitimi detentores, an aliis notoriis peccatis irretiti, aliiſuè nefariis ſceleribus coinquinati: & ſi quos ineſſe repererint, qua poterunt ſermonis charitate ſeorſum corripiant, in viamq; rectam reducere, & in bonam mentem, ac voluntatem conuertere omni ſtudio curent: Quod ſi non reſipuerint, eorum nomina Nobis deferant, vt qua ratione eorum morbo mederi poſsit, maturè deliberemus, ne morbida facta pecus totum cor-

Digitized by Google

corrumpant ouile: Parochi autem ſi in huiuſmodi peccatis, peccatoribuſq; publicis inquirendis, & denunciãdis negligentes extiterint, ſciant non ſolum Nobis, ſed Deo Opt. Max. cui omnia ſunt nuda, & aperta rationem eſſe reddituros, de quorum omnibus perditorum hominum animas requiret.

Ezech. 33. & 34. c. 1. 13. q. 2.

CAP. XXII.

DENVNCIENT pariter Nobis ſi aliqua Cappella, pictura, vel aliud ſimile ex piorum hominum relictis in Eccleſiis conſtrui debeat, vel ſi ſint aliqua legata ſeu relicta pro Miſsis, Anniuerſariis, officiis, & ſimilibus celebrandis, vel quæ ad luminaria, vel ad pias cauſas quoquo modo ſpectent, & quæ per eos, ad quos pertinent, exequi negligantur: ſciantque parochi, vt & alios inſtruere poſſint, quod ea, quæ ad certum vſum ex largitione fidelium ſunt deſtinata, & præſertim pecuniæ, quæ pro celebratione Miſſarum legantur, offeruntur, vel quouis alio modo debentur, ad alios vſus conuerti non poſſunt, nec in rem aliam impendi, ex ſententia etiam Sacræ Congregationis ſuper negociis Epiſcoporum.

Clem. 2. de relig. domib. Congreg. ita cenſuit reſcribens Epiſcopo Faentino die 23. Augusti 1580. & ita reſpondit Vicario Ferẽtin. Die 11. Oct. 1581.

CAP. XXIII.

ET cum quilibet ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habens fidem abnegare, & infidelibus deterior eſſe ab Apoſtolo dicatur: propterea parochi patres familias commonefacere non prætermittant, vt tam bonorum operum exemplo, quam crebra cohortatione ſe præbeant familiæ ſuæ duces, atque magiſtros, docendo, quæ ad piè, & ſanctè viuendum ſint credenda, quæ agenda, quæ vitanda, quæ timenda, quæuè ſperanda, vtque imprimis curent, vt vnuſquiſque ex familia ſua ſiuè filij, filiæuè ſint, ſiue ſerui, vel ancillæ chriſtianæ fidei rudimenta, & præſertim Sanctiſsimę Crucis ſignum, orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, & Decalogi, ac Eccleſiæ præcepta noſcat, vt temporibus debitis, & crebrius

1. Timot. 5. A. 8.

cap. Duo iſta. 23. q. 4. c. Non putes. 23. q. 1.

Digitized by Google

peccata confiteatur, & Sanctiſsimam Eucharistiā ſumat, vt Vigilias, & Ieiunia ex Eccleſia præcepto indictas, & indicendas ſeruet, vtque diebus feſtis non ſolum Miſſę ſacro interſit, ſed ab vnoquoque opere ſeruili abſtineant, in quæ caueant ipſi, ne eorum aliquem occupent, niſi iis ſeruatis, quę in Edicto ſuper dierum feſtorum obſeruatione continentur.

Infra de feſtis diebus ritè ſeruandis.

CAP. XXIIII.

CVRENT etiam, vt in vnaquaque domo vas habeatur pro aqua benedicta aſsiduè conſeruanda, vt mane ſurgentes è lectulo aſpergantur, eam ipſam in cubiculis teneri ad effugandos dæmones ſtatuit Alex. Papa primus, & vbi aliquis ſit qui legere ſciat habeatur libellus doctrinæ Chriſtianæ, cuius quotidiè pars aliqua omnibus familiæ intereſſentibus legatur, vt per eius quotidianam, aſsiduamque lectionem tota familia in Chriſtiana doctrina inſtruatur.

Euſe. lib. 1. c. 10. num. 9.

CAP. XXV.

VT aliquo pacto prouideamus, ne in poſterum paruulorum infantium ſuffocationes tàm frequenter exoriantur, prouincialis Florentinæ Synodi decreto adhærentes Parochis præſertim ruralibus præcipimus, atq; mandamus vt ſemel in menſe die Dominico intra Miſſam parochianos ſuos doceant, eiſque inſinuent grauitatem huius culpę, mulieribuſque proprios vel alienos filios lactantibus prohibeant, nè eos abſque capſula lignea in lecto per annum retineant, alioqui mulieres filios præfatos intra d. tēpus ſine capſula in lecto, dum ipſe etiam ibi cubant, retinentes, eorumque viri tollerantes decem librarum pœnam eo ipſo incurrant: Quod ſi ſuffocatio ſequatur pœnis pecuniariis maioribus, vel minoribus iuxta perſonarum qualitatem, cenſuris Eccleſiaſticis & aliis pœnis vſque ad exilium à Diœceſi incluſiuè ad libitum tam mulieres, quam viri, ſi & ipſi concubantes fuerint commiſſę ſuffocationis tempore punientur, addita etiam condigna pœnitentia publica.

De ſuffocat. c. vnic.

cap. fin. de his qui fil. occid.

Digitized by Google

blica, vel ſecreta, prout publica, vel ſecreta erit ſuffocatio: Quarum ſuffocationum abſolutionem Nobis nihilominus reſeruatam volumus, etiam ſi inter caſus reſeruatos, ſeu reſeruandos nulla de eius mentio facta eſſet.

CAP. XXVI.

VT autem parochi in ſuo officio melius, & ipſi inſtruantur, & gregem eis commiſſum inſtruere valeant, vnuſquiſque intra duos menſes ad ſummum ſub quinque aureorũ pœna infraſcriptos libros ſibi prouidere curet, videlicet Miſſale, & Breuiarium de nouis cum Calendario Gregoriano, & officiis Sanctorum à Siſto V. & aliis ſucceſſoribus ordinatis, ſeu dictorum Sanctorum officia, quæ ſeparatim etiã circunferuntur, & venundantur; Rituale Sacramentorum, quod inſcribitur Rituale Sacramentorum, in quo de Baptiſmo, & aliis Sacramentis adminiſtrandis ex Romanæ Eccleſiæ ritu continetur ordo, &c. vt in cęremoniis, ac ritibus omnino, & ad vnguem omnes conueniant, & concordent, tàm in Ciuitate, quàm in Diœceſi. Calendàrium feſtorum dierum, ſeu Ordinarium officij, quod iuxta Eccleſiæ noſtræ ritum ſingulis annis, vel de triennio in triennium, vt hoc anno faciendum curauimus, ædetur. Cathechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum. Indicem librorum prohibitorum. Conſtitutiones has Synodales Diœceſanas, & prouinciales Florentinas. Rationale diuinorum officiorum. Sacerdotale. Regulam doctrinæ Chriſtianæ. Librum, qui dicitur, Ordo Miſſę; Summulam Sacramentorum Franciſci à Victòria. Sacram Bibliam: Duas vel tres ſummas pro caſuum conſcientiæ reſolutione, inter quas ſaltem ſit Manuale Nauarri latina, vel vulgari lingua æditum, & aliquod Homiliarium, ſeu expoſitorem Euangeliorum currentium; vnde poſsint documenta ad populum inſtruendum colligere; & aliquem pſalmorum commentatorem. Alij verò Clerici præſertim Sacris Ordinibus initiati, vt ipſi quoque legem Domini, in cuius ſorte ſunt, dies noctesq; meditari poſsint, ſacram Bibliam habeant, Cathechiſmum Romanum, Concilium Tridentinum, Summulam prędictam Sacramento-

Fuſc. lib. 1. c. 23. num. 3. & lib. 1. c. 3. numero 18. Timot. lib. 2. tract. 4. c 46. Salod par. 2. c. 5. circa fin. c Cõuenit de conſ. diſt. 5.

rum, Conſtitutiones has Synodales, & prouinciales Florentinas, & ordinarium prædictum officij, & non presbiteri, etiam examen ordinandorum ſub eadem pœna.

CAP. XXXII.

VT ſingularum animarum eorum curæ commiſſarum cognitionem facile habere poſſint vltra libros prædictos, & alios baptizatorum, confirmatorum, matrimonio coniunctorum, regiſtratorum, & defunctorum, de quibus omnibus ſuis locis tractabitur, librum habeant ſtatus animarum, in quo ad formulæ infraſcriptę pręſcriptum familia quæque diſtinctè notetur, interuallo relicto ab vnaquaque ad alteram ſubſequentem, ita vt ſigillatim ſcribantur nomen, cognomen, patria, ætas ſingulorum, qui vel ex familia ſunt, vel in ea quauis de cauſa degunt: Deinde qui ad eam acceſſerint, vel recenter nati fuerint, adiungantur, Qui verò ad ſacram Communionem admiſſi ſunt hoc ſignum .C. in margine e regione habeant. Qui Sacramento Confirmationis inſigniti, hoc. Chr. Qui aliò habitatum acceſſerint, eorum nomina linea ſubducta notentur. Defuncti verò hoc ſigno ✠ Hac igitur ratione fiat

Anno Die Menſis

In via, ſeu platea. N. in propriis ædibus D. Pauli N. vel in ædibus N. à D. Paulo conductis degunt.

Chr.	D. Paulus N. Collen. q. Petri filius annorum	50
Chr.	Apollonia eius vxor filia D. Iacobi N. annorum	35
.C.	Dominicus eorum filius annorum	14
	Lucia eorum filia annorum	9
.C.Chr.	Antonius Vguccius filius N. famulus annorum	29
.C.	Catharina N. filia ancilla annorum	25
.✠.	Martinus filius N. annorum	6
	Laurentius filius N. annorum	2
Chr.	Franciſcus Bidus filius N. Florentinus famulus annorum	30

IN

CAP. XXVIII.

IN libro regiſtratorum deſcribent literas, edicta, decreta, & alia quęcumque ad curam animarum ſuæ parochię quomodolibet pertinentia, quæ vel à Nobis, vel ab aliis quibuſcumque emanauerint, vt ſunt literæ teſtimoniales publicationum matrimoniorum, facultates, & licentiæ omittendi aliquam ex dictis publicationibus, & ſimilia, quæ nihilominus conſeruabũt penes ſe, & ſi eos ad aliam Eccleſiam tranſire, vel quam tunc obtinent reſignare, ſeu cedere contigerit, antequam ab ipſa migrent Eccleſia, librum prędictum vnà cum originalibus literis, edictis, decretis, licentiis, & facultatibus præfatis, & cum libris illis de quibus in præcedenti capitulo habetur, ſucceſſori gratis omnino ſub pœna excommunicationis tradant, quod ab hęredibus ipſorum parochorum vita functorum ſub eadem pœna ſeruari mandamus.

FORMA DESCRIBENDI IN LIBRO Regiſtratorum.

Anno Die Menſis præſentatę fuerunt mihi Rectori huius Eccleſiæ ab N. filio N. literæ teſtimoniales publicationum matrimonij cõtrahen di inter N. & N. factarum in Eccleſia N. parochia dicti N. tenoris ſequentis, &c. & ponatur tenor. Qua formà annotabunt cæterę omnes licentię, & facultates habitę, vt ſupra dictum eſt.

CAP. XXIX.

CVM Parochi (vt ſupra dictum) eſt libros confirmatorum, matrimoniorum, ſtatus Animarum, regiſtratorum, & defunctorum, & qui Baptiſmi ſacramentum miniſtrant, etiam librum Baptizatorum habere debeant, curent, vt in initio cuiuslibet ipſorum librorum materia, quæ ſingulis continetur, notata ſit hoc modo.

Liber

Digitized by Google

Liber Baptizatorum Parochię. Sancti N. ſeu Cathedralis Eccleſię Ciuitatis Collis cęptus Anno Die Menſis &c.

Liber Confirmatorum Parochię, &c.

Liber Matrimoniorum Parochię, &c.

Liber Status Animarum Parochię, &c.

Liber Regiſtratorum Parochię, &c.

Liber Defunctorum Parochię, &c.

CAP. XXX.

ABVSVS omnes, quos circa diuina irrepſiſſe cognouerint populo frequenter improbent, fortique, & conſtanti refellant animo, ad Noſque deferant, vt de opportuna prouideamus medela. Conſtitutiones illas ex his Synodalibus, quæ laicorum negocium tangunt, & ſi ſpeciatim in ipſis id eis non iniungatur, inter Miſſam populo quã primùm poſt factam publicationem ſub arbitrariis pœnis promulgent, & deinceps crebro ad eorum memoriam reuocent, vt à quibus ipſis cauendum ſit non ignorent. Quod de iis quoque facere non prætermittant, quæ quamuis in his conſtitutionibus non contineãtur, iudicauerint tamen vitanda, vel ſeruanda eſſe à Chriſtiano homine, & (vt multa paucis verbis complectamur) nullum officij genus ab iis prętereatur, quo Parochianos ſuos ad Dei cultum, & pietatem excitare, & ſuam Eccleſiam, nec non pauperes, pupillos, & viduas ex Chriſti patrimonio, ſanctiſque precibus, (vt tenentur) pro viribus tamen iuuare, ac ſubleuare poſſint. Quando verò harum conſtitutionum aliquam, vel quicquam aliud à Nobis, vel Vicario noſtro emanandum enunciare, ſeu promulgare contigerit, in libro ad hunc præcipuum vſum per eos parando promulgationem prædictam fideliter deſcribent, diem, Menſem, & Annum, duoſque ſaltem ex his, qui promulgationi interfuerint pro teſtibus notando, quem diligenter cuſtodient, vt Nobis, quoties placuerit inſpiciendum exhibeant.

Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. in principio de refor. gen. cap. 1. & c. de his de Ec. ęd. cap. Quatuor cum aliis ſeq. 12. q. 2.

FORMA

FORMA PROMVLGATIONIS Prædictæ deſcribendæ.

A di 27. di Nouembre 1594. prima Domenica dell'Auuento.

Io Prete N. Piouano, ò Curato della Chieſa di Santo N. queſta mattina nella Meſſa doppo l'offertorio hò publicato al mio Popolo il Decreto, ò Capitolo 11. della ſeſſ. 22. de Reformatione generali del Conc. di Trento, che comincia. Si quem clericorum, in lingua volgare ſecondo che è ordinato nel Sinodo, nel titolo De rebus Eccleſ. non vſurpan. al cap. 2. preſenti N. & N. e molti altri huomini, e donne del mio Popolo.

Io Prete N. ſopraſcritto ſcriſſi.

CAP. XXXI.

SINGVLIS annis poſt octauam Paſchatis Reſurrectionis intra quindecim dies ad ſummum ad Nos veniant, & Nobis abſentibus coram Vicario noſtro præſentent, vt rationem reddant de toto eorum paſtorali officio, deque rebus omnibus ad ipſarum, quibus præſunt, Eccleſiarum ſtatum, ad populi diſciplinam, animarumque, quarum curæ prępoſiti ſunt, ſalutem quomodolibet pertinentibus, vt ſi abuſus, ſeu errores reperiantur, de remedio adhibendo, diuina gratia adiutrice, cogitare poſsimus, ad ipſos prius quã ingraueſcant penitus euellendos: & vt pariter rationem reddant, ſi quod ſtudium in libris illis adhibuerint, quos ab eis comparari, prouiderique mandauimus, ad quod dignoſcendum fiet examen circa rubricas, & officij ordinationem, circaque Miſſæ ceremonias. Inquireturque ab eis de vi, effectu, ac virtute ſacramentorum, & de aliis, quæ in ipſorum adminiſtratione contingere poſſunt: Aliquid de cenſuris, de reſtitutionibus, de cenſibus, deque ſimilibus peccatis experiemurque an verè ea populum concionando doceant. quæ Salod. pr. 2.

ad

ad ſalutem neceſſaria ſunt, & an cętera, quæ ad eorum ſpectant officium realiter exequantur: Quos ſi negligentes reperiemus, pœna condigna arbitrio noſtro mulctabimus.

CAP. XXXII.

Acto 1. A.1. Mat. 5. B.14. Mat. 23. A.4. Rom. D. 21. 22. 23.

ET quoniam non ſufficit docere verbo, niſi etiam opere doceatur; iuxta illud cœpit IESVS facere, & docere, nimirum quod qui vitam agunt doctrinæ contrariam plus exemplo deſtruant, quam ędificent verbo: propterea parochi, & alij, qui animarum curæ prę ſunt, & de quibus dictum eſt Vos eſtis lux Mundi, ita in omni ſancta conuerſatione à Dei timore actus ſuos dirigant, & vt diuinę poſsint placere clemētia, & bonum fidelibus prębeant exemplum, quod facilè aſſequentur, ſi vitam doctrinę ita copulabunt, vt eis merito obiici non poſsit, quod Seneca Platoni obiectum fuiſſe refert, aliter loqueris, aliter viuis, & quod Chriſtus phariſeis imputat: Dicunt, & non faciunt, alligant onera importabilia in humeros hominum digito autem ſuo nolunt ea mouere, & quod per Apoſt. ad Rom. dicitur Qui alium doces, te ipſum non doces, qui prędicas non furandum, furaris, qui dicis non mœchandum mœcharis, qui in lege gloriaris, per pręuaricationem legis Deum inhonoras: & ſi inter alia ea potiſsimum vitabunt, quę idem Apoſtolus quam longiſsimè à Parochis eſſe vult, & ea ſequentur quę in ipſis quam maximè elucere deſiderat. Ex Epiſtolis Beati Pauli, & pręſertim ad Timoth. & Tit. hęc optimę eliciuntur.

DE OB-

DE OBSERVANDIS, ET *euitandis in celebratione Miſſæ.* *Rubric. XXI.*

VT Sanctiſsimum Miſſę ſacrificium, in quo ille Chriſtus continetur, & incruentè imolatur, qui in ara Crucis ſemel ſe ipſum cruentè obtulit, ſingulari religione, ac pietate, & à Sacerdotibus celebretur, & ab aſtantibus colatur, & ſic maledictio illa vitetur, quę vt in ſacris literis legitur côtra eos indicta eſt, qui opus Dei negligenter faciunt, hęc ſtatuere decreuimus.

Concil. Trid. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſ. c. 2. c. Semel Chriſtus cum aliis ſeq. de côſec. diſt. 2. cap. Iteratur, ead. diſt. Cath. Ro. p. 2. de Sacram. Euch. nu. 76. Hie. 48. B. 10.

CAP. I.

CVRENT Sacerdotes omnes celebraturi ad Maledictionem ſupra relatam effugiendam, vt quam maxima fieri poteſt interiori cordis munditia, & puritate, ac exteriori deuotionis, & pietatis ſpecie ad celebrandum accedant: Propterea nullus Sacerdos ſibi mortalis peccati conſcius, quantumuis ſe contritum exiſtimet, etiam ſi ex officio celebrare aſtrictus ſit, ſine ſacramentali confeſsione, & abſolutione celebret, modo non deſit illi copia confeſſoris, niſi fortè cauſa, & neceſsitas adeo vrgens immineat, vt Miſſæ celebratio abſque graui ſcandalo nequeat præteriri, quo caſu, ſi adſit contritio, celebret, & quam primum poſt celebrationem confiteatur.

Concil. Trid. ſeſ. 13. de Sâctiſs. Euchar. Sacr. cap. 7. c. Sacerdotes, & c. Sacroſancta 1. q. 1. c. Quotidie de conſ. d. 2. gloſ. in c. de homine î ver. peccet de celeb. Miſ.

CAP. II.

SACERDOTES omnes antequam celebrent, ſe colligant, & orantes mentem in tanti miſterii cogitatione defigant, vtq; pro rei dignitate paratiores tantum Sacramentum peragant, eos hortamur, & in Domino obſecramus, vt orationes, & preces illas piè, ac deuotè recitent,

Ex libro Miſſali in Rub. generalibus, ſub rubr. de præpar. ſacerd. celebr.

quæ in Miſſali Romano ante ſacrum recitandæ proponuntur; & ne error, aut hæſitatio aliqua in Miſſæ lectione contingat, quod ſine populi offenſione eſſe non poſſet, & vt 40. dierum Indulgentiam à Florentina Synodo conceſſam cóſequantur, Miſſam accurate præuideant, perlegant, ſingulaſq; partes præparent, eas ſignis adnotando, nec vnquam ex improuiſo ad eam celebrandam accedant, alioquin ſi poſtquam ad Altare peruenerint in Miſſæ perquiſitione tempus eos conterere, vel ipſius lectione errare, contigerit, acriter à Nobis punientur.

Syn. Flor. de cel. Miſſ. c. 3.

CAP. III.

ABLVANT [a] poſtmodum manus, præparent calicem, veſtes, & alia omnia ad Miſſę celebrationem neceſſaria, in eorumq; præparatione ea ſeruent, quæ in rubricis generalibus noui Miſſalis habentur: [b] Caueantque vt calix, & patena ex metalli genere iure permiſſo, videlicet ex auro, vel argento, nunquam autem ex ære, aut auricalco, nec non munda, & decentia ſint, vt [c] corporalia ſuper quæ ſacra oblatio imolatur, ex puriſsimo, & mundiſsimo linteo terreno tantum lino procreato, atque conteſto nec non integra, & ad menſuram, [d] purificatoria, veſtes, & alia Altarium ornamenta non ſordida, nec lacera, ſed pura, nitida, ſincera, tantoque Miſſæ ſacrificio digna, & [e] ab Epiſcopo ſolemni ritu reſpectiuè conſecrata, & benedicta, [f] nã ſpurcis, ſeu non benedictis corporalibus, veſtibus, ornamentis, aliiſuè ad ſacrificium neceſſariis vtens crimen lætale contrahit: [g] & (vbi commodè fieri poteſt) vt caſulæ, & pallia ſint coloris officio, & Miſſæ diei ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ conuenientis: Qui contrafecerit, & pœnis à Iure ſtatutis & aliis arbitrio noſtro mulctabitur.

[a] Ex libro Miſſali vbi ſup.
[b] c. Vaſa cum ſeq. de conſecrat. diſt. 1. Burch. lib. 3. cap. 96.
[c] c. Conſulto ead. diſt.
[d] c. Relinq. de cuſt. Euch.
[e] Fuſc. lib. 1. c. 3. n. 2. & 5.
[f] Caiet. in sũma ver. Miſſa. Syl. verb. vaſa Archid. c. cõgeſimus de conſ. diſt. 1. Fuſ. eiſdẽ lib. & c. num. 14.
[g] Ex lib. Miſſ. in Rub. gen. In. 3. de Myſt. Miſ. c. 32. 65. Ex lib. Miſ. in Rubr. gener.

CAP. IIII.

CELEBRATVRI ſint veſte talari induti, tõſuram [h] conſpicuam, & ad præſcriptum habeant, & ſuperius labrum ita conſum, vt in ſumptione ſanguinis D. N. barbæ pili nullatenus intingantur.

[h] Tõſura qualis eſſe habeatur ĩfra de vita, & honeſt. cleric. cap. 3.

SACRIS

CAP. V.

SACRIS non ſe induant veſtibus niſi Matutino ſaltem abſoluto, & tunc preces vnicuique ſacerdotali indumento præſcriptas ex libro Miſſali recitent: Induti ſi aliquantiſper expectare contigerit, per ſacriſtiam non deambulent, ad ignem non accedant, neminem alloquantur, nec alloquentibus dent aures, ſed vel genuflexi, vel ſtantes mentem, & oculos ab omnibus, quibus diſtrahi poſſunt amoueant.

Sylu. in verbo Miſſa 1. q. 6.

Syn. prou. Fl. de celeb. Miſſæ c. 4.

CAP. VI.

AD Altare nunquam accedant celebraturi, niſi prius & candelæ duæ ſaltem ex cera accenſæ, & vrceoli, qui ſemper ex vitro, vel cryſtallo ſint, vt optimè vinum ab aqua diſtinguatur ad euitandos errores, & reliqua ad Miſſæ miniſterium requiſita, & neceſſaria parata, ſuoq; ordine diſpoſita fuerint, ne inde miniſtri, vt eorum aliquid perquirant, per Eccleſiam vagari, aut curſitare cogantur, nec minus ad Altare ipſum accedant Miſſæ ſacrum facturi niſi duo præſentes ſint, vel vnus ſaltem miniſter, qui quod publico nomine agitur, rathum habeat, & ad publicas orationes Eccleſiæ nomine reſpondeat, nec vnquam patiantur, vt mulier eis ſacrum hoc facientibus miniſtret.

c. Hoc quoq; de cõſ. diſt. 1. arg. tex. in c. propoſuiſti, De fil. presb. c. 1. de cohab. cler. Sylu. in ver. Miſſa. 1. q. 2. Ang. ver. Miſſa in prin.

CAP. VII.

E SACRISTIA ad Altare egreſſuri, & ad ipſam poſt ſacrum reuerſuri operto capite, demiſsis oculis, inceſſu graui, & modeſto erectoque corpore ſemper gradiantur, miniſtroque clerico, vbi poſsit, talari veſte, & ſuperpelliceo, vel cappa, vt ſupra ſtatuimus, induto pręcedente, qui aſsiduè ſacerdoti ipſi rem diuinam facienti, modeſtè, ac deuotè aſsiſtet, & intimæ pietatis ſtudio ad Myſterium Miſſæ totus attendet, & pro ſe inuicem Eccleſiæ nomine orabit.

Ex lib. Miſſali ſub rubr. de Ingreſſu Sac. ad Altare. Sup. de parochis c. 17. Ex Syn. Treu. celebrata an. 1549. de Miſſæ officio rite peragen.

Digitized by Google

CAP. VIII.

Burc. lib.3.c. 97.Conc.Remé.circa medium.

ALTARIA verò vbi corpus Dominicum conſecratur, vbi ſanguis eius hauritur, vbi reliquiæ ſanctorum reconduntur, vbi vota, & preces populi in conſpectu Dei à Sacerdotibus offeruntur, cum omni veneratione honorentur, & mundiſsimis linteis, & palliis diligentiſsimè cooperiantur, & ſic cooperta omni tempore conſeruentur.

CAP. VIIII.

Concil.Trid. ſeſ.22.de obſer.& euit. Synod. Flor. de celeb. Miſſæ c.1. Concil. Bracbar. 1, c.22. Conſt. Pij V. incip. Quamprimum æditæ pridie Id. Iulij 1570. Concil.Fulg. 1.c.3.

SACRI Tridentini Concilii, Prouincialiſque Florentinæ Synodi Decretis inhærentes omnibus, & ſingulis huius Ciuitatis, & Diœceſis Collenſis Sacerdotibus tàm ſecularibus, quàm regularibus, qui Romano Miſſali vtuntur, præcipimus, vt in celebratione Miſſæ ritus, & ceremonias ab Eccleſia inſtitutas, & comprobatas, & in Miſſæ ordinario præſcriptas tantum adhibeant, nihilque etiam quod minimum ſit addant, detrahant, aut immutent, & præſertim ne in Canone tam ante, quam poſt conſecrationem corporis, & ſanguinis Domini alia verba pro animi voluntate interſerere audeant, ſed ſacratiſsimũ illum verborum ordinem, & contentum, qui à Sancta Romana Eccleſia traditus eſt, diligenter obſeruent.

CAP. X.

Syn. Flor. de cel. Miſſ. c.5. Concil.Trid. vbi ſup. Sylueſt. i ver. Miſſ.1.q.1. Nau. in Man. c.24. nu.85. Ex conſt. Pij V. incipien.

SACERDOTES non curati inuigilent, vt eo tempore celebrent, quo omnes facilè, & commodè ad Eccleſiam conuenire poſsint, nec alicuius expectandi gratia in Altari immorentur, aut incohata Miſſa ſubſiſtant, aut eam ab initio repetant: Curati autem ea, quæ præcedenti titulo diſpoſita ſunt ſeruent: Caueant tamen omnes, vt debitis ſemper horis celebrent, videlicet nec Ante Auroram, nec poſt meridiem, & eò minus veſpertino tempore, excepta Domini Noſtri Natiuitatis nocte, tuncq; primam Miſſam nequaquam ante mediam noctem, & ſecundam ante Auro-

ram celebrabunt. Qui contra fecerit, quiuè bis in die prę-ter præfatæ Natiuitatis diem celebrauerit per biennium ſuſpenſus eſſe intelligatur, & graui etiam animaduerſione à Nobis afficiendum ſe eſſe ſciant, vt prouinciali Florentina Synodo cauetur, de celebrat. Miſſę cap. 7.

Sāctiſsimis in Chriſto ędita die 29. Martij 1566. c. Conſuluiſti. c. Te referente de celeb. Miſſ. c. Nocte. c. Sufficit de cōſ. d. 1.

CAP. XI.

IN Miſſa Hoſtiis vtantur de mundiſsimo flore farinæ confęctis, & quę imaginem Crucifixi ſculptam habeant, & conſpicuam, iis penitus omiſsis, quæ quibuſdam literarum characteribus IESV Nomen indicantibus ſunt ſignatę: nec non vino (vbi poſsit) albo, vt corporalia, & purificatoria mundiora conſeruentur, quod tamen ſemper bonum, purum, ac de recenti hauſtum ſit.

CAP. XII.

NVLLVS ſit, qui candelis quatuor digitis minoribus, aut cereis, ſeu funalibus in eleuatione Sanctiſſimi Sacramenti accendendis palmo breuioribus in Miſſa vtatur, candelæ autem niſi abſoluto euangelio, quod poſt benedictionem dicitur extinguantur, cerei autem, ſeu funalia, vbi Eccleſiarum ſuppetunt redditus, quouſque Sacerdos corpus, & ſanguinem Domini Noſtri ſumpſerit, ſemper accenſa retineantur.

CAP. XIII.

QVAE ex inſtituto Romanæ Eccleſiæ ſecreto dicenda ſunt adeò ſubmiſſe dicantur, vt ne verbū quidem ab aſtantibus percipiatur: Quæ verò palam pronunciãda ſunt, clara, ſed moderata voce pronuncientur, ita tamen, vt ab iis, qui Miſſæ interſunt commodè intelligantur: Verba autem neque tardius, neque celerius quam par ſit, proferantur, ſed ita piè, & deuotè, vt aſtantes quoque ad pietatem, & deuotionem excitentur: Quod non parum proderit ſi Miſſa tota ex libro Miſſali legatur, nihilque memoriter dicatur,

Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. & can. 9.

Synod. Auguſten. cap. 18.

cantur, vt totam legi, nihilque memoriter dici præcipimus atque mandamus, præſertim ex his quæ in Canone continentur.

CAP. XIIII.

Concil. Trid. vbi ſupra c.5. & can.7.

CVM genuflexiones, deoſculationes, brachiorum extenſiones, manuum eleuationes, & coniunctiones, aliaque id generis multa, quæ in Miſſæ ſacrificio pia Mater Eccleſia adhibuit, eò ſpectent, vt tanti Myſterij Maieſtas magis eniteat, & fidelium mentes per hæc viſibilia religionis, & pietatis ſigna ad rerum altiſsimarum, quæ inibi latent, contemplationem excitentur, curent Sacerdotes, vt quanta maxima fieri poteſt tam interiori, quam exteriori pietatis, ac deuotionis ſpecie prædicta faciant, ab omnique indecoro, & abſurdo capitis, oris, & reliqui corporis motu abſtineant.

CAP. XV.

Ex lib. Miſſali in Rubr. generalibus.

CVM Euangelium vltimum poſt benedictionem dicetur, caueant ne calicem abſtergant, ne corporalia, aut purificatoria colligant, ne candelas reſtinguant, aut extingui ab aliis permittant, neuè quid aliud ſimile tollant, ſed iunctis manibus euangelium ipſum concludant, eoq; abſoluto nulli, cuiuſuis gradus, aut dignitatis ſit, niſi coram Nobis celebrauerint, reuerentiam faciant, verum iis ſeruatis, quæ in Miſſali habentur, ad Sacriſtiam, ſeu locum illum vbi veſtes deponendæ ſunt, reuertantur, Deoque pro ſummi beneficii munere gratias agant, & manibus ablutis, non ſtatim ad confabulationes conuertantur, vt à multis hucuſque fieri conſueuit.

CAP. XVI.

SACERDOTES quo tempore Miſſæ ſacrum faciunt in Altare nec pileum, nec birretum, nec ſubbiretum, nec chirotecas, nec ſudariolum, nec quid ſimile ad Miſſæ

ſacri-

Digitized by Google

ſacrificium non faciens, ponant, operto capite, aut nudis pedibus non celebrent; detecto autem caipte, nec in Miſsis maioribus ante Altare ſtent, licet in Choro Angelorum hymnus, ſymbolum fidei, aut Motecta cantentur: Quod ſi alicui ex cauſa, vt cum ſubireto ſacrum faciat, concedere Nobis placuerit, cum ad Canonem peruenerit ipſum deponat, & ita detecto capite perſiſtat, vſque quo ablutionem ſumat: ſubirectum autem ſit ſericum, non ſordidum, nec lacerum, ſed decens, nigriq; coloris.

Syn. prou. Fl. de celebr. Miſ cap. 4. c. Nullus Epiſcopus de cōſecr. d. 1. Sylu. ver. Miſſæ 1. q. 2. Ita Con greg. ſuper negociis Epiſc. Faent. Epiſc. die 2. Ianuarij 1590.

CAP. XVII.

EGREDIENTI Sacerdoti è Sacriſtia ad Altare, vel ad ipſam completa Miſſa reuertenti omnes tam clerici, quam laici, iuxta quos Sacerdos ipſe præterit, detecto capite aſſurgant, quod ſeruari etiam volumus in Miſsis maioribus cum miniſtris, dum ſacris veſtibus induti lecto euangelio, ſeu epiſtola, ipſi quoque prætereunt.

Ex Syn. Treueren. celebr. 1549. de Miſſæ offic. rite peragen.

CAP. XVIII.

IN Eccleſiis vbi plures ſunt Miſſæ, debito interuallo dicantur, & vbi plures eodem tempore celebrandæ ſunt, in Altaribus (ſi fieri poterit) inter ſe ita diſtantibus celebrentur, vt Sacerdos alter ab altero non perturbetur, tuncque in Altaribus tantum ſacrum fiat, quæ directò auuerſa, & oppoſita non ſint, ne conſecratione peracta verſo tergo ad Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum tam celebrantibus, quam aſtantibus parum reuerenter ſtare contingat: Quamobrem caueant Sacerdotes, ſi in Altari, in quo corpus Chriſti conſeruatur rem diuinā fecerint, ne cum vel concionandi, vel dies feſtos euulgandi, vel verba illa Dominus vobiſcum, Orate fratres, & ſimilia dicendi gratia, vel alia de cauſa ad populum vertuntur in medio Altaris nunquā, ſed vel dextrorſum, vel ſinixtrorſum ſtent ſemper.

SACER-

CAP. XIX.

Cap. 1. de cohabit. cleric. Ex Cóc. Laodicen. c. 44.

SACERDOTE rem diuinam celebrante aſtantes per quatuor paſſus adminus,& preſertim mulieres ab Altari, in quo celebratur, ſi id commodè, & ſine ſcandalo fieri poteſt, diſtent, & nunquam intra cancellos ingrediantur, vt eò deuotius,& attentius ſacrificium ipſum confici poſsit. Mares in priuatis Miſsis ſemper aperto ſtent capite; Mulieres verò abſque pileis interſint, & quo tempore à Sacerdote confeſsio dicitur, & grauiora Miſſæ myſteria peraguntur, flexis genibus ſint, in omnibuſque ſe ipſos ita componant, vt corporis habitu animi religionem præſeferant; In Eccleſiæ foribus, nec extra eas ſubſiſtant niſi neceſsitatis cauſa, & diebus Dominicis, & aliis feſtis ab Eccleſia, vel à locorum conſuetudine indictis, quibus fideles omnes intereſſe, videre, & audire hoc Miſſæ ſacrificium tenentur, ab Eccleſia non diſcendant, niſi benedictione accepta,& Euangelio pronunciato, quod poſt benedictionem legi conſueuit, In Miſsis autem maioribus quid à Maribus, & fœminis ſeruandum ſit, parochi doceant, & inter alia eos inducere curent, vt ambo genua flectant, vbi genuflectendum eſt: Quod ſi maximè moniti decenter compoſito corporis habitu non declarauerint ſe mente etiam, ac deuoto cordis affectu non ſolum corpore adeſſe, Sacerdotes à celebrando abſtineant.

c. Omnes. c. Miſſas. c. Cũ ad celebrandas de conſecrat. diſt. 1.

Conc. Tr. ſeſſ. 22. de obſ. & euit. §. Neminé præterea.

CAP. XX.

ANNIVERSARIA defunctorum officia in ruſticanis Eccleſiis fieri à die Dominicæ paſsionis, vſque ad Completam octauam Reſurrectionis, ne parochi ouium ſuarum eo tempore neceſſariam curam deſerant Synodo prouinciali Florentina prohibetur: Nos verò huiuſmodi decreto inhęrentes Anniuerſaria prædicta tam dicto tempore, quam Dominicis, feſtis, ſolemnibuſque diebus fieri prohibemus in aliis omnibus Eccleſiis etiam Ciuitatis, cum Decreto tamen, quod Anniuerſaria, quæ diem præſcriptam habent,

Syn. Flor. vbi ſup. cap. 8.

Fuſc. libro 1. c. 3. num. 37. cum ſeq.

Digitized by Google

habent, ſi propter aliquod huiuſmodi feſtum ipſa die occurrens celebrari nequeant, prima die præcedenti feſto aliquo ex prædictis non impedita omnino celebrentur, cum melius ſit præuenire, quam poſtponere: Et ſi dubitatio aliqua caducitatis bonorum inde contingat exoriri, ad Nos aliquot dies ante recurratur, vt qua ratione prouideri poſſit maturè deliberemus. Tranſgreſſores in pœnam librarum xxv. incidant, quam etiam incurrant ſi à Votiuarum Miſſarum celebratione prædictis diebus non abſtinuerint, à quarum celebratione aliis quoque diebus (quantum fieri poteſt) abſtineant, & præſertim in illis Eccleſiis vbi vnica tantum Miſſa dicitur, cum non facilè ordinaria, ſeu ferialis Miſſa propter Votiuam prætermittenda ſit.

Syn. Flor. ibidem cap. 9. c. 2. de celeb. Miſſ. Ex Syn. Coloniẽſi celebrate 1536. c. 16. Fuſc. vbi ſup. num. 36.

CAP. XXI.

NVLLVS Sacerdos de cœtero primam Miſſam celebret, niſi prius fuerit à Magiſtro noſtro ceremoniarum examinatus, & ab eo ſcriptam licentiam celebrandi obtinuerit: Qui non paruerit, per ſex menſes ipſo iure ab Altaris miniſterio ſit ſuſpenſus, & decem aureorum pœna mulctetur: quas illum quoque Sacerdotem incurrere volumus, qui vel extra Eccleſiam, vel in priuatis domibus, vel alibi quam in Eccleſiis, vel oratoriis benedictis, diuinoque cultu dicatis, & à Nobis viſitatis celebrare præſumet, vt Tridentino Concilio, & Florentina prouinciali Synodo cauetur.

Ex Syn. Flor. vbi ſup. c. 11. c. 1. c. Miſſarũ ſolemnia. c. Nullus preſbiter. c. Clericos. c. His ergo cũ ſimilib. de conſ. d. 1. C T. vbi ſup. Syn. Fl. ibid. cap. 12.

CAP. XXII.

IN Miſsis nouis prædictis nullus Sacerdos eleemoſinas, & dona exigat, aut oblationes faciat, ſeu aliquid ex his, quæ a Tridentino Concilio prohibentur, nullus ſumptuoſa conuiuia agat, aut choreas, aut ludos, aut huiuſmodi profana, inaniaque oblectamenta repræſentet ſub arbitrii noſtri pœna: Quæ verò à conſanguineis, & amicis ſpontè offerri ſolent, dummodo id ſine ſcandalo, & diuini cultus perturbatione, & extra Eccleſiam fiat, recipi permittimus.

Concil. T. vbi ſup. §. Atq; vt Syn. Flor. vbi ſup. c. 11.

O NVL-

Digitized by Google

CAP. XXIII.

[a] c. Is qui per tot. de ſent. excom. in 6.
[b] c. Concedimus, & ibi Archid. de conſ. d. 1. c ſi fit nō alij eadem d. iunctis tex. in c. 1. & c. quod in dubiis de conſecr. Eccl. vel Alta. Syluest. verb. Altar. num. 1. ver. Miſ. nu 2. Nauar. in Man. cap. 25. num. 83. & Summiſtæ omnes. Conc. Remen. circa princip. Burch. lib. 2. cap. 50. [c] c. fin. de celebrat. Miſſ. [d] Dicto capitulo is qui c. Episcoporum de priuileg. in 6. Nauar. ibidem num. 93. & ſeq.

NVLLVS[a] Sacerdos in Eccleſia interdicta, vel polluta, ſeu in [b] altaribus non conſecratis, vel conſecratis tamen confractis, vel quæ ſaltem Altare portatile integrum, quod calicem, & hoſtiam capiat, & tres Mappas, aliaué ad ſacrificium requiſita non habeant, ſeu abſq; amictu, alba, ſtola, & reliquis indumentis debitis, quibus indutus nunquam extra Eccleſiam exeat, niſi proceſsionaliter egrediendum fuerit, [c] ſeu abſque lumine ex cera, [d] ſeu coram excommunicatis, ſuſpenſis, aut interdictis ab ingreſſu Eccleſiæ Miſſam vllatenus celebrare præſumat: Quod ſi quis ſecus facere quouis modo præſumpſerit, temeritatis ſuæ pœnas luet.

CAP. XXIIII.

Seſſ. 23. c. 14. c. Quotidie de conſ. d. 2. Nau. in Man. c. 25. nu. 88. in fine.

SACRI Tridentini Concilij auctoritate pręcipimus omnibus Sacerdotibus, qui maius onus celebrandi non habent, vt ſingulis diebus Dominicis, feſtiſq; ſolemnibus celebrent, niſi iuſta cauſa prępediti à celebratione excuſentur, Sacerdotes verò, qui Cappellarum, beneficiorum, aut qualibet alia ratione Miſſas tam pro viuis, quam pro defunctis in Altare certo Eccleſię, ſtatiſque diebus celebrare tenentur, monemus & in Domino obſecramus, vt Miſſas tempore debito, & loco ſtatuto, vt eorum muneri ſatiſfaciant, peccatúmque euitent, per ſe ipſos ſi eorum perſonæ induſtria ſit electa, alioqui per alios idoneos celebrent: Qui contra fecerit pro prima vice pœna ſuperius impoſita punietur, pro aliis verò vicibus pœna duplicabitur, triplicabitur, multiplicabiturque arbitrio noſtro etiam vſque ad ſuſpenſionem, ab officio, & beneficio.

c. Significati de præb. arg. tex. in Clem. Quia contingit de relig. dom. Nauar. ibid. nu. 134. c. fin. §. Is aūt de offi. deleg. Vt ſup. de Sacriſt. c. fin.

QVA-

Digitized by Google

CAP. XXV.

QVARVNDAM Miſſarum, & Candelarum certum numerũ, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quam à vera religione inuentus eſt, præter Miſſas illas, quæ Sancti Gregorij dicuntur, nec non quaſcumque mercedum conditiones, & pacta pro Miſsis celebrandis, quæ à ſymoniç labe, vel certè à turpi quęſtu non longè abſunt, ſub pœnis contra ſuperſtitioſos, & ſymoniacos reſpectiue impoſitis omnino prohibemus, ac interdicimus.

Concil. Trid. ſeſ. 22. de obſer. & euit.

CAP. XXVI.

IN Societatibus, & Confraternitatibus laicorum quocumque nomine nuncupatis Dominicis & feſtis diebus Miſſæ non celebrentur, antequam parochus in ſua Eccleſia intra cuius fines illa ſocietas ſita eſt, Miſſam, & concionem abſoluerit, alioquin Gubernatores, Sindici, & alij dictorum locorum miniſtri, qui Miſſas celebrare fecerint, ſeu permiſerint prohibere valentes, pœna decem aureorum & excommunicationis in ſubſidium puniantur: & Sacerdotes celebrantes, pœnam à prouinciali Synodo impoſita, incurrant, cui illum etiam ſubiectum eſſe volumus, qui in Monialium Eccleſia abſque licentia noſtra celebrauerit, aut aliquod Sacramentum adminiſtrauerit.

Syn. prou. Fl. de celeb. Miſ. cap. 6.
Sacra Congr. Epiſcoporum ita reſpondit ſuper quibuſdã difficultatibus ortis inter Epiſcopũ Bergomenſẽ, & confratres Ciuitatis, & Diœcſ. Berg. Idẽ reſpõdit Epiſc. Sarzanen. & aliis.

CAP. XXVII.

PAROCHI, Sacerdoteſque alii vbi ad Altare acceſſerint ſacrum Miſſæ facturi, caueant, ne amiſſas, ſeu furto ſubtractas, res, illata damna, interdicta paſcua, aut quid ſimile populo euulgent in iuſſu noſtro.

CAP. XXVIII.

PAROCHI omnes, & qui Cathedralis Eccleſiæ curæ propoſitus eſt, cum Miſſa conuentualis, quæ populi di-

citur, celebratur, curent, vt in eleuatione Corporis, & Sanguinis Domini Campana maior, quæ ſit in Campanile, pulſetur, datis primum aliquot ſignis cum dicitur Sanctus: Populique pręmoneantur, vt cum d. campanæ ſonum audiuerint ſiue in campo laborent, ſiuè domi maneant, ſiuè in viis reperiantur, vel genibus flexis Chriſtum adorent vel caput dumtaxat aperiendo in meditatione eius ſanctiſsimę paſsionis aliquantulum quieſcant, quadraginta dierum Indulgentiam, quam ſic facientibus concedimus, conſecuturi: In aliis autem Miſsis tintinnabulum paruulum à clerico miniſtro certis diſtinctis ictibus pulſetur, vt qui in Eccleſia ſunt, promoneantur de Corporis, & Sanguinis Domini eleuatione.

CAP. XXIX.

Ex libro Miſſali in Rub. general.

DIE Sabathi ſemper Miſſa de B. Virgine, & ſecunda feria cuiuslibet hebdomadæ, primaque die cuiuslibet menſis Miſſa pro defunctis Sacerdotibus, aliiſque benefactoribus celebretur, niſi diei ſolemnitas, vel Eccleſiæ inſtitutum aliud exigant, quo caſu fiant commemorationes, niſi & hoc etiam prohibeatur.

CAP. XXX.

Sacra Cong. Epiſcop. Archiepiſc. Neapolitano, die 7. Octobris 1579. c. Vt quiſque & ibi glo. de vita, & hon. cleric. Syl. in Ver. Irregularitas, num. 14.

IN Miſsis, quæ cum miniſtris Diacono, & Subdiacono tunicellis veſtitis cantantur, nullus in Ciuitate ad Miniſterium audeat accedere, quem ſacræ veſtes deſignant, niſi ſit eo ordine inſignitus, in aliis verò Diœceſis locis, ſi neceſſitas immineat, Clericus ſaltem minorum ordinum aſſumatur, qui Epiſtolam abſque manipulo canat. Epiſtola verò, & Euangelium diſtinctè, & clarè iuxta tonos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decantentur: Si quis huic decreto contraire præſumpſerit, pœnæ arbitrio noſtro infligendæ ſubiaceat.

Digitized by Google

CAP. XXXI.

CVM vnumquemque moueant magis exempla, quam verba, vt Sacerdotum exemplo laici etiam ad orandum pro eorum propinquis, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, efficacius inflammentur, omnibus & ſingulis Sacerdotibus præcipimus, vt eum primum aliquem vel presbiterum, vel maiorum ordinum clericum ex hac vita migraſſe intellexerint, defunctorum Miſſam pro eius anima prima die non impedita celebrare non prætermittat, ſe à Deo bonis operis remunerationem conſecuturos, & poſt eorum mortem idem alios Sacerdotes pro ipſis effecturos eſſe ſperantes.

CAP. XXXII.

IN quauis Eccleſia etiam Cathedrali quicumque aliquem Canonicatum, Præbendam, Beneficium, ſeu onus celebrandi Miſſas ex qualibet cauſa habuerit, in die Feſti Patroni, & dedicationis ipſius Eccleſię vtriſque Veſperis, & Miſſæ ſolemniter decantandis interſit, Miſſæq; ſacrum per ſe, vel ſi legitimè fuerit impeditus per alium faciat ſub arbitrii noſtri pœna.

CAP. XXXIII.

NVLLVS parochus in propria Eccleſia onus aliena Altaria, ſeu Cappellas officiandi abſque licentia noſtra aſſumere pręſumat, nulluſque ad tam frequenter celebrandum ſe pacto aſtringat, qui diem ſaltem ſingulis hebdomadis vacuum non habeat: Qui contrafecerit, pœna ſuſpenſionis ad libitum, vel alia arbitraria punietur. Arg. c. ſignificatum de pręben.

CAP. XXXIIII.

FERIA ſexta maioris hebdomadæ, quæ eſt dies paraſceue, nemo etiam priuatim celebret: In die Cœnæ Domini, & Sabatho Sancto in Cathedrali, & Parochialibus c. Sabbato de conſ. diſt. 3.

vnica

vnica tantum celebretur Miſſa : In aliis autem non parochialibus, ſeu Oratoriis excepta Monialium Eccleſia a celebratione omnino abſtineatur.

CAP. XXXV.

ET quoniam tabella quædam communibus verbis impreſſa circumfertur, & venundatur, quæ vulgo nuncupatur. *Auuertimenti per le cirimonie della Meſſa*, in qua plurima ex iis traduntur, quæ in ſacro Miſſę faciendo à Sacerdotibus obſeruanda, vitandaque ſunt, ex libro Miſſali, aliiſque probatis auctoribus excerpta, quę ſi præ oculis ab ipſis ſacerdotibus habebitur, non parum id eis pro futurum eſſe ſperamus: Propterea vnicuique eorum mandamus, vt infra duos menſes ad ſummum prędictam tabellam prouideat ſub arbitrij noſtri pœna.

DE PRAEDICATIONE VERBI DEI. Rub. XXII.

CAP. I.

CVM illorum cura, atque induſtria, qui ad Verbi Dei prędicationis officium aſſumuntur, quam maximè verſari debeat, vt nullam occaſionem prętermittant laboreſq; nullos detrectent, quò minus Chriſti fideles ad ſobriè, caſtè, pièque viuendum ſalutaribus monitis, & præceptis hortentur, & animarum ſuarum ſalutem cum timore, & tremore operandum ſedulò inuitent, inducantque, tamen cum experientia doceat hoc docendi munus in Eccleſia tunc maximam vtilitatem afferre, cum prædicatorum vita à doctrina nequaquam diſcordat, contra verò nihil, aut parum proficere cum vita aduerſatur doctrinę; Illorum.n. prædicatio vt plurimum contemnitur,

Ad Tit.2.per tot.

c. Porrò 3. q.7.

temnitur, quorum vita deſpicitur: Propterea concionatores omnes in Domino obſecramus, obteſtamurque, ne ſtudiis, & laboris ſui fructum amittant, vt vitam doctrinæ coniungentes in omnibus ſe ipſos prębeant exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate verbum ſanum, irreprehenſibile, dictum illud ſœpe ad memoriam reuocantes, quod qui fecerit, & docuerit, ille magnus vocabitur in regno cœlorum.

Ad Tit. 2. B. 7.

Matt. 5. c. 19.

CAP. II.

DIVVS Auguſtinus in libris de Doctrina Chriſtiana volens breuiſsimam metodum ad perueſtigandas, & intelligendas ſcripturas demonſtrare inquit Quiſquis ſcripturas diuinas, vel quamlibet earum partem intellexiſſe ſibi videtur, ita vt in illa intellectu non ædificet geminam charitatem Dei, & proximi, is non dum intellexit, quid legis, & ſcripturarum ſumma, finis, ac plenitudo ſit dilectio, quæ duobus mandatis comprehenditur, videlicet in dilectione Dei, & proximi, licet diuerſo modo. Propterea Prædicatores omnes diuinam ſcripturam in eorum concionibus ad geminam Dei, & proximi charitatem, vt etiam Florentina Prouinciali ſynodo cauetur, exigere curent eam ſemper interpretando iuxta eum ſenſum, quem tenuit, ac tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, & conſentiens ſanctorum Patrum auctoritas comprobauit, nihilque vnquam proferendo, quod eius puro, & vero ſenſui non conueniat, aut ab eo quouis modo diſcrepet.

Rom. 13. per tot.

Matt. 22. D. 37. cum duobus ſeq.

Conc. Colon. ſub Hermãno de diſſem. verbi Dei c. 5.

Syn. Fl. de prędicat. cap. 4.

c. Hęreſis 24. q. 3.

Cõc. T. ſeſſ. 4. in decreto de æditio. & vſu ſacr. lib.

Conc. Later. vlt. ſeſſ. 11.

Conc. Meld. c. 11. Bur. lib. 1. c. 61. Syn. Flor. ibidem.

CAP. III.

IN publicis concionibus ab inutilibus, & ſubtilibus quæſtionibus, quę vt plurimum periculosè ſunt, nec non à ſuperuacaneis, ambiguis, & parum fructuoſis verbis, à profanis, ridiculiſque fabulis, à poetarum auctoritatibus, & figmentis, ab hiſtoriis apochryfis, & à nouorum miraculorum falſarumque prophetiarum recitatione abſtineant: Hęre-

Ad Tit. 3. c 9.

2. Tim. 2. c. 16.

Syn. Flo. ibid.

Conc Colon. ibid. cap. 10.

Synod. Auguſten. cap. 13.

Digitized by Google

Syn. Senon. in decretis morum cap. 36. Conc. prou. Treuir. cap. 4. Côc. Lat. vlt. ſeſſ. 9. Nauar. in Man. cap. 18. num. 5. Iſai. 3. c. 12. Fuſ. ibid. n. 11. 1. Cor. 1 D. 23.

Hęreticorum opiniones, & argumenta non referant, niſi vrgens neceſsitas poſtulet, & tunc id non longa diſputatione, ſed graui redargutione faciant, & eò magis caueant nè hæreſes prędicent, ne errores & ſcandala in populo diſſeminent, & ne dictis ſuis falſitatem immiſceant: Quę in contentionem vel diſceptationem reuocari poſſunt penitus taceant, adulationes fugiant, verborum elegantiæ non ſtudeant, ſed Chriſtum, & illum Crucifixum populo prędicent, quem ad lacrymas non ad riſum prouocare nitantur.

CAP. IIII.

Arg. cap. 2. de off. ordin. Mat. 26. B. 21. Mar. 14. B. 18. Luc. 22. c. 21. Ioan. c. 21.

VITIA & ſcelera generaliter reprehendant, & ita in iis reprehendendis ſe gerant, vt pietatis, & charitatis ſtudiò eos adductos non hominum, ſed peccatorum odio facere omnes intelligant: Ad ſpecialia, ſeu particularia exemplo Chriſti, qui in Cœna dixit Vnus veſtrum me traditurus eſt, nunquam nec expreſſe, nec tacitè deſcendant.

CAP. V.

c. Certificari de ſepul. Hieron. ad Licinium.

ET quoniam quilibet locus in ſuo abundat ſenſu, Concionatores, cum ad locum, vbi verbum Dei euulgare debent, peruenerint, quo potiſsimum vitiorum genere populus ille laboret, inueſtigent, indeque in ea maxima verborum vehementia inuehantur, in quibus magis volutatum populum, aut ad quæ procliuiorem eſſe cognouerint. Prauas illas conſuetudines, quę peccandi, & delinquendi tribuunt incentiuum acriter redarguant, cuiuſmodi ſunt alearum, taxillorumque ludi, choreæ, ſcenicæ actiones, inanes ornatus fucum, ſumptuoſa conuiuia, & ſimilia, & inter alia blaſphemiam, ſuperſtitiones, adulteria, ſtupra, inceſtus, irreuerentiam in Eccleſiis acerrime deteſtentur.

CAP. VI.

MISERICORDIAM, Bonitatem, & Charitatem Dei oportuno tempore prædicent, & extollant, ita tamen

Digitized by Google

tamen vt Iuſtitię in benefactorum pręmiis largiendis, malefactorumq; pœnis infligendis non obliuiſcantur, vt dubitantes, & anxij ſpe, & amore diuino inflammentur, & mali à peccatis deterriti reſipiſcant.

CAP. VII.

MEMORES ſemper ſint, vt iuxta audientium capacitatem, & qualitatem verba, & prædicationem dirigant, quæ vt plurimũ in Euãgelium, Apoſtolici Symboli Dominicæ, orationis, præceptorum Decalogi, Sacramentorum Eccleſię, Decretorum Concilij Tridentini, eorum præſertim, quæ ad vitam, & diſciplinam Chriſtianam reſtituendam pertinent dilucida, ac germana explicatione verſantur. Hanc pręterea rationem habeant, vt non ſolum Dei, & Eccleſiæ præcepta ſeruanda eſſe doceant, ſed modum illis tradant, quo ea Dei voluntate ſeruari oporteat.

CAP. VIII.

PRAECEPTIS, & hortatu ad opera virtutis exequenda populum inflamment, omnes hortentur, vt verbum Dei attentè audiant, Miſſæ officio libenter, deuotè, genibuſque flexis interſint, frequenti confeſsione ſe expurgent, mundo corde, & auido ſalutarem Chriſti Corporis cibum ſumant, ſacramentis, & eorum Myſteriis ſecundum Eccleſiæ traditionem religioſè vtantur: Eccleſiæ præcepta, & potiſsimum ceremonias, ieiunia, ciborum delectus, & dierum feſtorum celebritates ſeruent, & reuereantur; tandem conſultiſsimè præſcribant, quod ſit proprium cuiuſque munus parentum, filiorum, Mariti, Vxoris, Domini, Serui, Laici, Clerici, Priuati, Magiſtratus, omnium denique ætatum, ſexuum, & ordinũ, & ita in omnibus ſe gerant, vt vnuſquiſq; facilè intelligat, quod reiectis quibuſcumque ad oſtentationem, & faſtum duntaxat facientibus aliud pię oculis, & pro ſcopo habeant præter Dei honorem, animarumque ſalutem, & quod non quæſtui intenti ſint, nec quę ſua ſunt, ſed quæ ſunt IESV Chriſti quęrant, vt ſic iuxta veritatem dent cibum in tempore, frangantq; exurienti panem.

Phil. 2. c. 21. Ierem. trhen. Matt. 21. D. 4. 3

P PRAE-

CAP. VIIII.

Nau. in Man. c.25.nu.142. Fuſc. ibid.nu mero 16.

PRAELATVS Eccleſiæ alioſuè tam Seculares,quam Regulares Clericos, temporaleſque Magiſtratus, & ſi repræhenſione dignos eſſe cognouerint,cum auditorum of fenſione aſperius non obiurgent, ne ad eorum contemptũ populus incitetur, ſed piè potius fraternèque eos admoneant Ioannis Baptiſtę exemplo,qui Herodi dicebat,& non populo: Non licet tibi habere vxorem fratris tui, nec non doceant, vt prępoſitis ſuis tam Eccleſiaſticis, quam temporalibus etiam diſcolis obediant, & pro illis deprecentur ex ex Apoſtoli ſententia: E conuerſo autem Magiſtratus, & parochos omnes, ad quos concionatores declinare contigerit, vt cum charitate eos ſuſcipiant,& benignè tractent, hortamur in Domino; ipſis ſignificantes, quod ſi eos ſpreuerint, eum quoque ſpernent,à quo mittuntur.

Mar.6.c.18.

1.Tim. 2. in princip.

Luc.10.c.16.

CAP. X.

INDVLGENTIAS ne publicent ſine conſenſu noſtro, & in earum promulgatione aliquid ſemper, de ipſarum vi,effectu,ac virtute attingant,& fidelem populum ad eas piè, ac religioſè ſuſcipiendas inflamment; Nullum pauperem commendent, niſi is teſtimonium à Nobis ſcriptum attulerint, caueantque ne de rebus perditis,aut furto ablatis, alioué ſeculari negocio inter concionandũ agant, aut loquantur, & ſi pro ſe ipſis eleemoſinas de more tam in Eccleſia quam extra quęrere contingat, à quo quantum fieri poteſt eos abſtinere monemus, id moleſtè effici curent, ne ſcandalum populo afferant, fructumque prædicationis amittant.

CAP. XI.

Cõc. Lat.vlt. ſeſſ. 11. Acto 1. B.7.

TEMPVS pręfiſſum futurorum malorum,vel Antichriſti aduentum, aut certum diem Iudicij prædicare,vel aſſerere nequaquam pręſumant,cum veritas dicat non eſt ve-

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: Nec minus audeant de Conceptione B. Mariæ ſemper Virginis agere, niſi ad Concilij Tridentini, & conſtitutionis fœl. recor. Pij V. pręſcriptum. Seſſ.5. de peccat.orig.in fi. Conſt. Pij V. incip. Super ſpeculã P̃ñi ed.prid. Cal. Dec. 1570.

In extrau. communi, c. graue nimis de reliq. & vener. Sanctorum.

CAP. XII.

FLORENTINAE Prouinciali Synodi decreto inhęrentes ſtatuimus, vt verbũ Dei quocumq; anni tempore diurnis tantum horis, & Paſsio Domini noſtri IESV Chriſti luceſcente die, non autem noctu, ſeu ante lucem per Concionatores prædicetur, atque eo tempore id maximè ſeruetur; vt nihil fiat, aut dicatur etiam ad prouocandas lacrimas, quod à Chriſtiana diſciplina aliquo modo abhorreat: Vt autem ea, quę ſuperius ſtatuta ſunt Concionatoribus nota fiant parochorum munus erit, has ipſas conſtitutiones eis perlegendas tradere, cum primum eo peruenerint, vbi concionandum erit. De prædica. ver. Dei c.5.

CAP. XIII.

CVM ſecundum Apoſtolum nemo prędicationis officium ſibi vſurpare debeat, niſi mittatur. Parochi, aliiſq; Eccleſiarum quarumcumq; rectores ſub grauiſsimis pœnis arbitrariis nullum ſecularem, ſeu regularem Clericum ad concionandum in eorum Eccleſiis admittant abſq; licentia noſtra, minuſque id nec etiam extra Eccleſiam à Quęſtoribus, Heremitis, aliiſuè quibuſcumq; fieri permittant, ſed eos ſi ſic prędicantes repererint detineant; Noſq; ſtatim de detentione ipſa certos reddere curent. Ro.10.c.15. Syn.Fl.ib.c.3. Cocil. Later. vlt. ſeſſ. 11. Concil.Trid. ſeſſ.5. cap. 2. de refor. gen. c. Excõmunicamus §.quia vero, & c.Sicut de hęret.

CAP. XIIII.

IN nulla Eccleſia die Paſchatis Reſurrectionis (ne ſacra Communio impediatur) nec in Dominica Palmarum mane habeatur cõcio, ſed tantum haberi poſsit à prandio.

Digitized by Google

CAP. XV.

IN concionibus vbi poteſt, fœminæ ſeorſum à Maſculis in Eccleſiis locum habeant, & inter eos tela aliqua interponatur, & protendatur, vt mutuus conſpectus omninò prohibeatur: Ipſis verò concionibus tam in Ciuitate, quam in Caſtris, & Villis, Dignitates, Canonici, aliiq; Sacerdotes, & Clerici, etiam primę tonſurę, vt ipſorum exemplo laici quoque ad audiendum verbum Dei ſtudioſius confluant ſemper tam diebus Quadrageſimæ, & Aduentus, quam aliis feſtis, niſi aliqua legitima cauſa excuſentur intereſſe omnino ſtudeant.

CAP. XVI.

De paroc. c. 1. Seſſ. 5. cap. 2. Seſſ. 24. cap. 4 & 7.

AT quoniam Sacerdotes Parochi in populo Dei Doctorum vice funguntur, & vt ſupra attigimus Conc. Trid. cauetur, vt Diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus, & tempore Ieiuniorum Quadrageſimę, & Aduentus Domini, pro vt oportunè duxerit ordinarij locorũ plebem ſibi commiſſam pro ſua, & eius capacitate paſcant ſalutaribus verbis docendo vulgari noſtra lingua, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciandoque eis cum breuitate ſermonis vitia, quę eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant. Propterea Cõcilij præfati auctoritate præcipimus omnibus, & ſingulis huius noſtræ Diœceſis, & Ciuitatis parochis, ſeu aliàs curam Animarũ exercentibus, vt ſingulis diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, & Quadrageſimę, Aduentuſq; tẽpore vltra dies feſtos, vbi conciones haberi prædictis diebus non ſolent, diebus illis, quibus Diuinam rem facient, prædicta exequi curent infra Miſſam poſt Euangelij lectionem, pro vt Dominus, qui ſolet dare verba euangelizantibus virtute multa, ipſis tribuet: & ſi propter inſcitiam id pręſtare non poterunt, Homilias aliquas, vel latinos ſermones auctoris ab Eccleſia recepti in vulgarem linguam conuerſos à Nobis approbandos, aut memo-

Faciunt loca citata ſup. de paroch. c. 1. Fuſc. lib. 2. c. 3. numer. 10. 12 & 13. Conc. Oxonien. c. 6. Mat. 10. c. 19. Mar. 13 B. 11. Luc. 11. B. 12. Ierem. 1. B. 7.

memoriter, aut legendo pronuncient. Quod ſi quis parochorum præſtare neglexerit pœnis à Sacro Conc. Trid. ſtatutis, & aliis arbitrio noſtro punietur.

Syn. Senon. in Decretis morum cap. 11.

CAP. XVII.

SI abſq; fide operoſa impoſsibile eſt placere Deo cum fides ſine operibus mortua ſit fidelis quomodò credere, & operari poterit ea ignorando, quæ neceſſario credenda, & operanda ei ſunt? Præcipimus igitur omnibus, & ſingulis, quibus Animarum cura demandata eſt, tam illis in quorum Eccleſiis aliquando, quam iis, in quorum Eccleſiis concio nunquam habetur, vt diebus Dominicis, & feſtis poſt concionem, vel ſermonem, vt ſupra habitum, vel ante, ſeu, poſt Miſſam, vt commodius populo eſſe cenſebunt, populũ ipſum doceant ſanctiſsimæ Crucis ſignum, orationem Dominicam Salutationem Angelicam, Apoſtolorum Symbolum, Decalogi præcepta, & Eccleſiæ, & Confeſsionem primum latino, deinde vulgari, & materno Idiomate in hunc, qui ſequitur modum videlicet.

Iac. 2. in fin.

Syn. Sen. ibid. Conc. Colon. ſub Hermãno de diſſem. verbi Dei c. 26. Synod. Auguſten. cap 25. Conc. Rem. vltra princ. Burc. lib. 2. c. 62.

SIGNVM SANCTISSIMAE CRVCIS.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritu ſancti Amen.	*In nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo. Amen.*

ORATIO DOMINICA.

Pater noſter, qui es in cœlis	*Padre noſtro che ſei ne Cieli*
1 Sanctificetur nomen tuũ	*1 Sia ſantificato il nome tuo*
2 Adueniat Regnum tuum	*2 Venga il Regno tuo*
3 Fiat Voluntas tua ſicut in cœlo & in terra	*3 Sia fatta la tua volontà coſi in terra come in cielo*
4 Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie	*4 Dacci hoggi il noſtro pane quotidiano*
5 Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittim debitoribus noſtris	*5 Et perdonaci i noſtri debiti, come noi perdoniamo a debitori noſtri*

Et

6 Et ne nos inducas in tentationem

7 Sed libera nos à malo. Amen.

6 *E non c'indurre in tentazione*

7 *Ma liberaci dal male. Amen.*

SALVTATIO ANGELICA.

Ave Maria gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

Dio ti ſalui Maria piena di grazia il Signore è teco, tu ſei benedetta tra le donne, & è benedetto il frutto del tuo vẽtre Gieſù. Santa Maria Madre di Dio prega per noi peccatori, adeſſo, & nell'hora della noſtra morte. Amen.

SYMBOLVM APOSTOLORVM, SEV XII. Articuli Fidei.

1 Credo in Deum Patrem Omnipotentem creatorem cœli, & terræ

2 Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum

3 Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto natus ex Maria virgine

4 Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus mortuus, & ſepultus

5 Deſcẽdit ad Inferos tertia die reſurrexit a mortuis

6 Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis

7 Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos

1 *Io credo in Dio Padre onnipotente creatore del Cielo, & della terra*

2 *Et in Gieſù Chriſto ſuo figliuolo vnico, Signore noſtro*

3 *Il qual fu conceputo di Spirito ſanto, nacque di Maria Vergine*

4 *Patì ſotto Ponzio Pilato fu crocifiſſo, morto, & ſepolto*

5 *Diſceſe all'Inferno il terzo dì reſuſcitò da morte*

6 *Salì al cielo, ſiede alla deſtra di Dio Padre Onnipotente*

7 *Di là ha da venire à giudicare i viui, & i morti*

8 Credo in Spiritũ Sanctum	8 *Credo nello Spirito Santo*
9 Sanctã Eccleſiã Catholicã Sanctorũ communionẽ.	9 *La Santa Chieſa Cattolica, la communione de' Santi.*
10 Remiſsionem peccatorũ	10 *La remiſsione de peccati*
11 Carnis reſurrectionem.	11 *La reſurrezzione della carne*
12 Vitam æternam. Amen.	12 *La vita eterna. Amen.*

DECALOGI PRAECEPTA.

1 VNVM cole Deum	1 *ADORA vn ſolo Dio*
2 Nec iures vana per ipſum	2 *Non pigliare il nome di Dio in vano*
3 Sabbata ſanctifices	3 *Santifica le feſte*
4 Habeas in honore parentes	4 *Honora il padre, & la madre*
5 Non ſis occiſor	5 *Non ammazzare*
6 Fur	6 *Non rubare*
7 Mœchus	7 *Non fornicare*
8 Teſtis iniquus	8 *Non dir falſo teſtimonio*
9 Alterius nuptam	9 *Non deſiderar la donna del proſsimo tuo*
10 Nec rem cupies alienam	10 *Nõ deſiderar la roba d'altri.*

ECCLESIAE PRAECEPTA PRINCIPALIA vt Martino Nauarro placet ſunt Quinque.

Nau. in Man. c.21. num. 1.

1 MISSAE ſacrum feſtis diebus reuerenter audire	1 *VDIRE reuerentemente la Meſſa nelle feſte comandate*
2 Quadrageſima Quatuor anni temporibus, & vigiliis ſecũdum morem Eccleſiæ ieiunare, & feria ſexta, & Sabbato a carnibus abſtinere	2 *Digiunare la Quareſima, le Quattro tempora, e le vigilie comandate & aſtenerſi dalla carne il Venerdi, & il Sabato*
3 Peccata Sacerdoti approbato ſemel ſaltem in anno confiteri	3 *Confeſſarſi almeno vna volta l'anno da Confeſſore approuato*

4 Sacro-

4 Sacroſanctam Euchariſtiam in feſto Paſchatis Reſurrectionis ſumere

5 Decimas ſoluere.

4 *Communicarſi almeno nella Paſqua di Reſurrezzione*

5 *Pagare le Decime.*

CONFESSIO.

CONFITEOR Deo omnipotenti, B. Mariæ ſemper Virgini, B. Michaeli Arcangelo, B. Ioanni Baptiſtæ, ss. Apoſtolis Petro, & Paulo, omnibus Sanctis, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere mea culpa mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatã Mariam ſemper Virginem B. Michaelem Arcangelũ, B. Ioannem Baptiſtam, ss. Apoſtolos Petrum & Paulum, & omnes ſanctos orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.

Io mi confeſſo à Dio omnipotente alla Beata Maria ſempre Vergine, al B. Michele Arcangelo, al B. Giouanni Batiſta, alli Santi Apoſtoli, Pietro & Paulo, & à tutti li Santi, perche ho peccato aſſai penſando, parlando, & operando, ne dico mia colpa, mia colpa, mia grauiſsima colpa. Perciò prego la Beata Maria ſempre Vergine, il B. Michele Archangelo, il B. Giouambatiſta, i Sãti Apoſtoli Pietro, & Paulo, & tutti li Sãti che voglino pregare per me à Dio Signore noſtro.

c. Omnes fideles. c. Miſſas cũ ſeq. de cõſecr. diſt. 1.

POTERVNT etiam vltimo loco eos hortari, vt priuſquam cibum ſumant Menſæ benedicant, ſumptoque cibo Deo gratias agant, & cum concionantur, ſeu prædicta docent nullo pacto candelas Altaris extinguant. Idque populo aliquando commemorare reminiſcantur, ne ante benedictionem præſertim diebus feſtis, immò ne niſi tota Miſſa completa ab Eccleſia vllatenus diſcendant.

DE

DE SACRAMENTORVM administratione. Rub. XXI.

CAP. I.

VT ad ſacramenta ſuſcipienda fidelis populus maiori cum reuerentia, & animi pietate, ac religione in dies magis inflammetur, & inflammatus accedat: Parochi cum de proximò Sacramenta erunt miniſtranda, & die etiam ipſo, quò miniſtrantur, illorum vim, efficaciam, atque virtutem pro ſuſcipientium captu, & intelligentiá piè, prudenterq; vulgari lingua ſecundum formam à Cathechiſmo præſcriptam explicabunt.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de refor. gen. Fuſc. lib. 2. c. 3. num. 11.

CAP. II.

CVRENT ne dum Sacramenta miniſtrant aliquo mortali ſe obnoxios ſentiant peccato: Caueantque ne quid directè, vel indirectè pro illorum exhibitione, ſeu adminiſtratione verbis, vel ſignis petant, exigant, aut paciſcantur, ſed eadem pro temporis, loci, perſonarumue neceſsitate ſine mora gratis, purè, & libere conferant: Quod etiam in aſperſione aquæ benedictæ, quando in Ædibus fit, & in aliorum ſacramentalium adminiſtratione ſeruari volumus, & mandamus: ſin autem aliquid eis à quoquam vltro datum fuerit, vel oblatum, & ſi laudabilius eſſet illud quoque quaſi non debitum recuſare; tamen non obſtamus, quin quod libera voluntate & ex charitate offertur accipere valeant: Qui contrafecerint, & pœnis, à Iure ſtatutis, & aliis arbitrio noſtro plectentur.

c. Per Eſaiam 1. q. 1. c. vlt. 15. q. vlt. Nauar. de pęn. d. 5. in par. glo. ſummę n. 33. c. Baptizãdis c. Nullus Epiſcopus cũ plurib. ſeq. 1. q. 1. c. Cum in Eccleſ. de sym. Concil Oxonien. cap. 26. Synod. Auguſten. cap. 21. Syn. Mogunt. de Doctrina chriſt. c. 92.

CAP. III.

PROMPTE, rectè, religiosè, & eo modo, quo debent ſuperpelliceo, & ſtola induti Eccleſiæ ſacramenta, ſa-

Ex ritual. ſacram.

Syn.Pro.Flo. de ſacra.c.3. Sup. de paroch.cap.26.

cramentaliaq; omnia cum charitate miniſtrent, in iiſq; & aliis quibuſcumq; ad diuina pertinentibus miniſtrandis ritus ceremonias & alia, quæ Sancta Romana Eccleſia adhibenda proponit, adhibeant Ritualique nouo Sacramentorum, de quo ſupradiximus vtantur, ſub arbitrij noſtri pœna.

CAP. IIII.

NEMO, qui ad Sacramenta miniſtranda probatus non fuerit, etiam de parochi conſenſu, & licentia, (licet ipſius parochi ſit cappellanus) ſacramenta adminiſtrare præſumat, niſi noſtra licentia intercesſerit ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & alia arbitrio noſtro imponenda.

CAP. V.

Cóc. Arelat. 3. cap. 18. Cóc. Magút. 1. c. 27. Syn.pro. Flo. de ſacra. c. 5. Fuſc. lib. 1. c. 6.n. 15. & 16.

NVLLVS tàm audax ſit, qui ſacramenta, aut ſacramentalia, quæcumque ad alios vſus, quam ad eos, ad quos inſtituta, & deſtinata ſunt, conuertat, aut conuerti ab aliis (ſi prohiberi poſsit) patiatur, etiam ſub prætextu medicinæ: Qui autem ipſorum aliquo abutetur, aut aliis abutenda conceſſerit, ab officio, & beneficio ſit eo ipſo (ſi clericus ſit) ſuſpenſus, ſin autem laicus, pœnam pro qualitate & grauitate delicti incurrant.

CAP. VI.

c. Literis de conſ. diſt. 3.

SACRA olea, impedimento ceſſante, anno quolibet in die Cœnæ Domini à Nobis conficientur, ſin autem, aliundè ea haberi curabimus, & quoniam ad illa conficienda alieno indigemus auxilio. Propterea omnibus illis Sacerdotibus, & maiorum ordinum clericis, qui vocati fuerint, præcipimus, & mandamus ſub duorum aureorum pœna, vt dicta die manè congruo tamen tempore in cathedrali noſtra in habitu, & tonſura comparere non prętermittant.

CVM

Digitized by Google

CAP. VII.

CVM non deceat, quæ ſacra ſunt à profanis manibus contrectari, plebani omnes, baptiſmaliumq; Eccleſiarum rectores, quocumq; nomine nuncupentur per Diœceſim noſtram conſtituti ſtatuto tempore, videlicet per totum diem Veneris Sancti pro oleis ſacris prædictis accipiendis, vel ipſi veniant, vel ſi legitimo fuerint impedimento detenti clericos ſaltem in ſacris ordinibus conſtitutos cum vaſculis in capſula intus ſerico, extra corio deaurato circumueſtitia, quæ abſque claue claudi, ſine ea tamen aperiri nequeat ſuis diſtinctis loculis repoſitis mittant, atque deſinent: Plebani verò, & rectores prędicti parochialibus Eccleſiis intra ſuorū plebatuum limites conſtitutis per totum Sabbati Sancti diem diſtribuant: Caueantque & ipſi, & Cathedralis noſtrę miniſtri illi, ad quos ſacrorum oleorum diſtributio demandabitur ſub pœna ſuſpenſionis eo ipſo incurrendæ, ne quid pro illorum diſtributione, etiam ſpontè datum, accipiant.

Syn. Pro. Flo. ibid. cap. 4. Cõc. Val. i fi. Conc. Valen. 1. cap. 3. c. Presbiteri qui diſt. 95. c. Presbiteri el 2. & c. omni ipe de con ſecr. diſt. 4. Fuſ. ibi. n. 13. c. Placuit, el 2. & c. Statuimus, vt ſicut 1. q. 1. c. Nõ ſatis cũ ſeq. de ſymo. Conc. Oxonien. c. 26. Conc. Cabilonen. 2. c. 16. Burcar. libro 4. cap. 77.

CAP. VIII.

VT autem difficultati à parochis ruralibus propoſitæ aliquo pacto prouideamus, qui nullum nec præsbiterum, nec clericum maiorum ordinum habent quem pro ipſis oleis recipiendis poſsint ad ciuitatem mittere, & ſi ipſi venire cogerentur, non modicum detrimentum tunc temporis eorum Eccleſiæ in diuinis paterentur: Veſtigiis Concilij Meldenſis inhærendo ſtatuimus, vt de iis parochis, qui longè poſiti ſunt, de ſex, vel octo, vnus quotannis ab ipſiſmet eligendus ad Ciuitatem veniat, Olea ſacra accipiat, & accepta ſibi, & ſociis diligenter perferat. De iis verò, qui non longius à Ciuitate quam tribus, aut quatuor milliaribus habitant, decernimus, vt more ſolito ad ipſa olea accipienda per ſe ipſos veniant.

Conc. Meld. cap. 6. Burch. lib. 4. c. 79.

CAP. VIIII.

c. Si quis de alio. de conſ. diſt. 4. c. Quoniã, & ibi glo. de ſent. excom. in 6. Fuſ. ibid. n. 12.

NVLLVS Sacerdos, cuiuſque dignitatis ſit, veteri oleo vti audeat, aut præſumat ſub pœnis à Iure ſtatutis, aliiſq; arbitrio noſtro infligendis, niſi aliqua vrgente neceſsitate, vt puta ſi inſtantis mortis periculum immineat, quo caſu tunc ipſis oleis vti licebit: Sed olea ipſa de more Quinta feria hebdomadæ ſanctę vnà cum bombice, quæ ipſorum vſui deſeruiuit conburantur, cinereſq; in ſacrarium proiiciantur, aliquid tamen ex ipſis oleis ab iis parochis, qui nouum ſtatim habere uon poſſunt, reſeruandum eſt, vt eis vti valeant, ſi aliqua, vt ſupra neceſsitas occurrerit.

CAP. X.

SACERDOTES poſtquam Chriſmatis, cathecumenorum oleum attigerint manus ſtatim, abluant, & ablutionis aquam in Sacrarium, & non alibi proiiciant.

CAP. XI.

Ex Melden. Conc. c. 1. Burch. lib. 4. cap. 75. Zecchius de Epiſcopis c. 6. nu. 24. ver. ſecũdo loco. Fuſ. ibid. n. 14.

PRO ipſis oleis, vt ſupra recipiendis plebani, & rectores prędicti tria vaſa ex decenti materia nempè argentea, vel ſtannea conflata, politèq; elaborata habeant, quæ forma oblonga, & orbiculari phialæ inſtar cum ſuis operculis, vt vulgò dicitur, (à vite, ſint) & cum inſcriptionibus olei, quod vnumquodq; vas continere debet in ipſius vaſis corpore perſpicuis, ac diſtinctis literis, ſic. Chr. Cath. Inf. Pro ipſorum autem oleorum quotidiano vſu tria pariter decentia vaſa ex eadem materia habeant cum iiſdem inſcriptionibus, quæ forma rotunda, ſed breuiori ſint, ac proportionabilis, æqualiſque latitudinis tam in profunditate, quã in ſummitate cuiuslibet vaſis cum cooperculis demiſsis, & planis, & à parte appenſis: Quorum duo, videlicet Chriſmatis & Cathecumenorum oleis aſſeruandis ſimul coniuncta habeantur, tertium verò ab illis ſeparatum ſit. Aliarum verò Eccleſiarum parochialium rectores duo tantum vaſa

ad

Digitized by Google

ad præſcriptam formam prouideant, quorum altero pro infirmorum oleo, vt ſupra recipiendo, altero pro ipſo ad infirmos deferendo vtantur. Qui ante feriam quintam in Cœna Domini anni proximi prædicta vaſa non prouiderit, duorum aureorũ piis vſibus applicandorũ pœnam incurrat; & quoniam Epiſcopali indigent benedictione, caueant, ne iis vtantur, prius quam Epiſcopali benedictione adhibeatur. Fuſc. ibid. n. 16. in fine.

CAP. XII.

OLEA infirmorum in feneſtrella à cornu Euangelij, ſi ibi non ſit ſacrarum reliquiarum repoſitorium, alioqui à cornu Epiſtolæ intus tabulis, & ſerico circum amicta, & ornata, foris verò piis imaginibus decorata, ſeraq; & claue munita, ab aliis oleis ſeparatum, ne vnum pro alio miniſtrari contingat continuò cuſtodiatur: Domi autem parochi nunquam aſſeruetur, niſi cum grauis alicuius infirmitas, parochiali domo longe ab Eccleſia poſita, id poſtulauerit, tuncq; certo loco ſeorſum à cœteris rebus ſub fida ſera, & claue ſeponatur: In domicilio ægroti nunquam relinquatur, nec alibi ſub quouis prętextu ſub pœna arbitrii noſtri: in aliis autem Chriſmatis, & Cathecumenorum oleis aſſeruandis id vnuſquiſque exequi curet, quod ſupra præſcriptum eſt.

Salod. par. 2. c. 3. ſub ver. Oleum ſacrũ pro infirmis. Conc. Hidemen. cap. 32. arg. 1. de cuſt. Euchariſt.

Sup. de Font. Baptiſ. c. 2.

CAP. XIII.

LOCORVM autem, vbi olea prædicta reconduntur, claues à Parocho, ſeu ab alio, qui eius parochi vices conceſſu noſtro gerat, iugiter cuſtodiantur, nec alteri vnquam committantur: Vaſaq; ipſa munda, nitida, & bene cooperta, ac à ſordibus expurgata conſeruentur ſub pœna arbitrii noſtri.

Conc. Arelaten. 3. cap. 18. Concil. Oxonien. cap. 21. Syn. prou. FL. de Sacr. c. 5.

DI

Digitized by Google

DE SACRAMENTO Baptiſmi. Rub. XXIIII.

CAP. I.

[a] cap. Per Cathechiſmű de cogn. ſpi. in 6. [b] Ioã. 3. A. 5. [c] Cathec. de bapt. nu. 34. & Fuſc. lib. 1. c. 7. num. 12. & ſeq. Card. Arçceli de ſacram. cap. 15.

CVM impoſsibile ſit abſq; Baptiſmi Sacramento, [a] quod omnium Sacramentorum ianua, & fundamentum eſt, vitam ęternam adipiſci, aut cœlum ingredi, dicente Domino, [b] Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in Regnum Dei, [c] cumq; pueris infantibus, quibus propter ętatis imbecillitatem infinitâ penè impendent vitę pericula, nulla alia ſalutis comparandæ ratio, niſi eis Baptiſmus præbeatur, relicta ſit, ex quò facile intelligitur quam graui culpa illi ſe ſe obſtringant, qui eos Sacramenti gratia diutius, quã neceſsitas poſtulet carere patiuntur: Propterea parochi magnopere hortentur fideles, eiſq; ex parte noſtra præcipiant, vt filios ſuos, cum primum id, ſine periculo facere liceat, & ad ſummum intra tertiam diem ab ortu, ſub pœna Eccleſiaſtici Interdicti ad eorum Eccleſiam Baptiſmalem deferendos, & ſolemnibus ceremoniis baptizandos curent.

CAP. II.

[a] Clem. p. de baptiſ. Conc. Cõſt. 3. c. 59. [b] Thom. in 3. p. q. 67. art. 2. Cathec. ibid. num. 23. Card. Arçcęli ibid. c. 12. [c] De conſec. diſt. 4. c. Conſtat. c. Mulier. c. In ne-

ET quoniam [a] Baptiſmus in Eccleſia tantum, & à Sacerdote tanquam illo, [b] cuius proprium eſt baptiſmű conferre, ſolemnibus adhibitis ceremoniis eſt miniſtrandus: Inſtruantur fideles extra Eccleſiam & ab alio quàm à Sacerdote [c] nullum vnquam baptizandum eſſe, niſi vbi vrgens neceſsitas, ac vitę periculum aliud faciendum eſſe ſuadeat, quo caſu, ne quiſpiam ſine remedio ſalutari de ſeculo euocetur, etiam laicis permittitur baptizare ſiue Mares, ſiue fœminæ ſint, modo [d] digniores (ſi veram Baptiſmi formam non ignorent, nec ſint [e] excommunicati, aut alias legitime impediti) minus dignis ſemper præferantur: & vt

inde

Digitized by Google

inde facilius intelligi valeat, an baptiſmus fuerit ritè collatus, diſtrictè præcipimus, vt cum huiuſmodi caſus contigerit (ſi commodè poſsit) duo ad minus teſtes adhibeantur.

ceſsitate Cathec. de bapt. num. 24. [d] Cath. ibid. n. 25. Thom. in 3. par. q. 67. art. 4. Nau. in Man. c. 22. num. 7. Sylu. ver. Baptiſ. 3. num. 1. [e] Nau. & Syl. ibid.

CAP. III.

PROPTEREA parochi dum Miſſę ſacrificium peragunt populum ſœpe doceant [a] formam, materiam, & intentionem miniſtri ad Baptiſmi ſubſtantiam eſſe neceſſariam [b] formamque eſſe. *Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.* ſeu. *Io ti battezzo in Nome del Padre, del Figliuolo, & dello Spirito Santo Amen.* [c] ipſiſque verbis nihil prorſus addi, aut detrahi poſſe. [d] Materiam autem aquam eſſe elementarem, ſeu naturalem, [e] qua vno eodemque tempore cum verba proferuntur, ablutio ipſa peragatur ab eo, qui ſacramenti verba pronunciat, [f] ita vt vnus ſit, qui baptizet, non duo, vel plures ſimul: [g] Intentionem verò eam eſſe debere, vt baptiſmum conferens intendat baptizandum à peccatis mundari, & Chriſto regenerari, vel ſaltem id velle facere, quod Chriſtus inſtituit, & Eccleſia facit, [h] caputque in quo omnes tum interiores; tum exteriores ſenſus vigent abluendum eſſe iuxta formulam à Romano Cathechiſmo Baptiſmi ſacramento præſcriptam, & iuxta ea, quæ in Rituali Sacramentorum habentur in principio, tractatus quem facit de Baptiſmo.

[a] Ex Rituali Sac. de Bapt. ſub rub. de neceſſariis, &c. Nauar. ibidẽ num. 7. ver. 7. [b] Cath. ibid. n. 13. c. Multi de conſecr. d. 4. c. 1. de Bap. Conc. Later. ſub Innoc. 3. c. 1. in fine. Concil. Flor. in doctrin. de Sacram. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Baptiſ. can. 4. [c] Syl. ver. Baptiſ. 1. num. 5. Armil. ver. Baptiſ. nu. 15. [d] Cathec. ibid. nu. 7. Conc. Trid. ibid. can. 2. & Conc. Flor. vbi ſup. [e] Cath. ibid. nu. 19. c. Detrahi 1. q. 1. Nauar. vbi ſup. [f] Syl. ver. Baptiſmus 3. num. 9 Cuccus Inſt. iuris Can. de Baptiſ. num. 78. & ſeq. [g] Conc. Trid. ibidẽ can. 4. Syl. vbi ſup. nu. 11. Armil. vbi ſup. num. 47. Nauar. ibid. & Summiſtæ omnes Cathec. num. 24. [h] Cathec. ibidem.

CAP. IIII.

OBSTETRICES, quæ vt plurimum huiuſmodi periculis, ac neceſsitatibus euenientibus baptizare ſolent, artem ſuam in poſterum non exerceant, niſi prius per

examen

Digitized by Google

Concil. Oxonien. cap. 20. Fuſc. lib. 2. c. 3. num. 20.

examen in Ciuitate à Nobis, per Diœceſim à Plebanis illis ſub quorum plebatu commorantur faciendum, ipſas debitam baptizandi formam rectè tenere, & obſeruare comprobentur: Quæ ſi contrafecerint grauiſsimè ſe puniendas fore ſciant: Parochi verò, ne ignorantia eas excuſare valeat, artem prædictam eis prohibeant, donec idoneæ (vt ſupra) fuerint comprobatæ; Et hoc decretum aliquando inter Miſſam euulgare non prætermittant.

CAP. V.

c. ſi ad matris cũ duob. ſeq. de cõſ. diſt. 4. Thom. diſt. 4. 6. q. 1. art. 1. q. 1. ad ter. Card. i clem. fidei de ſum. Trin. Syl. ver. Bapt. 4. n. 2. Armil. ibid. num. 17. Cuccus ibid. num. 26.

DOCEANT inſuper Parochi, nullum dum totus in vtero Matris exiſtit baptizandum eſſe ſed ſi caput, manum, pedem, aut aliam corporis partem emiſerit, & periculum mortis immineat, partem illam emiſſam aqua aſpergi debere, & baptizari, & ſi inde viuus egrediatur ex vtero, & debita ſeruata forma caput aſperſum fuerit non eſſe amplius baptizandum, ſed ſi fuerit aſperſa manus, ſeu alia corporis pars denuo baptizandum eſſe cum conditione tamen, quæ mox dicetur, vel domi ſi neceſsitas vrgeat ab eodem qui prius baptizauerat ſi præſens extiterit alioquin ab alio Baptiſmi formę perito, vel in Eccleſia ſi nullum periculum inſtet.

CAP. VI.

Syn. Mogunt. cap. 15.

SI infans domi baptizatus poſtea vixerit, ij ad quos pertinet cum primum ſine periculo licuerit, ipſum ad Eccleſiam deferri curent, vt exorciſmi, exufflationes, vnctiones, cæteræq; ſolemnes ceremoniæ ab Eccleſia inſtitutæ, & comprobatæ, ſi rectè baptiſmi forma fuerit ſeruata adhibeantur, ſuppleanturq;.

CAP. VII.

Synod. Flor. de Bapt. c. 2. Cathec. ibid. num. 57.

ET ne huius Sacramenti (vt Synodo prouinciali Florentina cauetur) exercendi iteratio contingat, aut neceſsitas omittatur, præcipitur omnibus, qui baptizandi

munere

Digitized by Google

munere funguntur, vt cum delatus fuerit infans ad Eccleſiam baptizandus, deferentes interrogentur, fuerit ne ille domi baptizatus, & ſi pro certo confirment non fuiſſe babtizatum, adhibita forma Eccleſiæ ſimpliciter, ac ſine vlla verborum conditione dicant: *Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* Sin autem teſtentur, & certo ſciatur puerum Baptiſmum priuatim in AEdibus ſuſcepiſſe, Sacerdotes præmiſsis ceremoniis, & aliis ritus circumſtantiis Baptiſmi formam non dicat, ſed proferat hæc verba *Quia tu es baptizatus, Ego te benedico in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* Quod ſi ita res dubia ſit, vt verè neſciatur, an ſit baptizatus, tunc Miniſter præmiſsis ritibus, & ceremoniis conditionaliter proferat hæc verba tantum. *Si tu non ès baptizatus, Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* Et ideo curent parentes, vt qui puerum domi baptizauerunt, vel qui præſentes, ſeu teſtes fuerunt, ij eundem ad Eccleſiam deferant, vel comitentur.

Conc. Conſtinop. 3. c. 84.

c. De quibus de Baptiſ.

CAP. VIII.

HAEC quoque conditionalis forma adhibeatur infanti expoſito, & de quo, re diligenter perquiſita, dubium ſit an fuerit baptizatus: Quod ſi nulla perquiſitione facta Sacerdotes prædicti aliàs baptizatum iterum, vel ſimpliciter, vel illa conditione (*Si non es baptizatus*) adiecta baptizauerint, nulla eis nec ignorantiæ, nec incuriæ excuſatione admiſſa, & pœnis à Iure ſtatutis, & aliis grauiter afficietur.

c. Placuit de Infantibus de de cõſ. diſt. 4. d. c. de quib. Concil. Vermacen. c. 70. Syl. vbi ſup. num. 7. Armil. ibid. num. 32. c. fin. de Bap. l. 1. & 2. c. Ne ſanctum Baptiſ. iter.

CAP. VI.

LICET Baptiſmus poſsit conferri, vel per Immerſionem; vel per Ablutionem, ſeu Infuſionem; vel per Aſperſionem, ſecundus tamen modus per Ablutionem, ſeu Infuſionem, qui nunc in frequenti vſu poſitus videtur, in hac Ciuitate, & Diœceſi ſeruari volumus, idq; trina ablutione, ſeu infuſione fiat, vt in Rituali habetur videlicet cum Sacerdos dicit *Ego te baptizo in Nomine Patris*, aquam ſemel

Thom. in 3. p. q 66. art. 7. Cathec. ibid. num. 17.

Digitized by Google

infundat ſecundo; cum dicit, & Spiritus Sancti, infundat tertio; & ab hac conſuetudine licet * vnica etiam ablutio ſufficiat nullo pacto recedatur, niſi in neceſsitatis caſu: & ad infundendam baptiſmalem aquam ſupra caput pueri non manus, ſed vas decens ad idem tantum paratum adhibeatur; Quod eodem loco, vbi alia ad Baptiſmi vſum neceſſaria reconduntur perpetuò ſeruetur.

* c. Propter vitandum, & ibi glo. de cõ ſec. diſt. 4. Cathec. vbi ſup. num. 18. Sup. de Font. Baptiſ. c. 2.

CAP. X.

QVEMADMODVM laici in baptizando aquam ſanctificatam adhibere non debent, niſi ob defectum alterius aquæ naturalis, quod rariſsimè accidit, tuncq; vrgente duntaxat neceſsitate, extra quem caſum, quod aquã ipſam, aut chriſma tangant nefas eſt, ſic Sacerdotes aliam aquam præter ſanctificatam adhibere non debent, tuncque in Eccleſia adhibitis exorciſmis, exufflationibus, vnctionibus, cæteriſq; ſolemnibus ritibus, & ceremoniis à Sacroſancta Eccleſia inſtitutis, & ſuperpelliceo, ac ſtola alba induti, niſi extra Eccleſiam ob aliquam neceſsitatem baptiſmus ſit conferendus, quo caſu laicorum inſtar baptizare tenentur, ſi quis autem Sacerdos extra illam Eccleſiam in qua fons baptiſmalis habetur abſq; neceſsitate baptizauerit, vel extra eam aquam ſanctificatam, ſeu ſtatutas ceremonias, & ſolemnitates adhibuerit, & pœna arbitraria mulctetur, & tandiu ſuſpenſus maneat, quandiu Nobis placuerit: Quibus pœnis ſubiaceant etiam qui baptizatum, Chriſmate veteri citra neceſsitatem vnxerint.

Ang. ver. Baptiſ. 5. nu. 12. Fuſc. lib. 1. c. 7. num. 11.

Concil. Auguſt. cap. 16. Syn. Mogunt. cap. 14. Fuſ. ibid. n. 10. Clem. 1. de Baptiſ.

c. Si quis de oleo de conſ. diſt. 4. c. Quoniã de ſent. ex com. in 6.

CAP. XI.

OBSTETRICES, & alię mulieres quæ infantem baptizandum ad Eccleſiam deferunt, cum eo Eccleſiã non ingrediantur, ſed ante fores ſiſtant, donec à Sacerdote fuerint introductę, cum indignus ſit, vt quis domum Dei prius ingrediatur, quàm ab eo turpiſsimum ſeruitutis Iugum excutiatur.

Cathec. vbi ſup. num. 62.

PARO-

CAP. XII.

PAROCHI ad Baptiſmi collationem vocati confeſtim vadant,ne eorum forte culpa, vel incuria infans abſque Baptiſmo decedat, & interim quam actionem ſuſcepturi ſint diligenter animaduertant, ex hoc enim intelligent quàm ſanctè, & grauiter ad tanti muneris functionem accedendum ſit.

c. Quicũque de cõſec. d.4. arg.cap.paſce diſt. 86.

CAP. XIII.

PAROCHI antequam ad Baptiſmum conferendum accedant inueſtigent, an baptizandum de eius plebatu ſit,ad eumque pertineat baptizare, quod ſi alieni plebatus eum eſſe compererint (niſi vitæ periculum immineat) ad proprium remittant parochum nulloq; pacto eum baptizare præſumant, priuilegio tamen Eccleſiæ Cathedrali à Iure communi conceſſu, vt in ea Diœceſani omnes baptizari poſsint in ſuo robore perſiſtente : Indeque etiam ab iis ad quos ſpectabit ſciſcitari diligenter non prętermittant, quem, vel quos elegerint, vt infantem à baptiſmo ſuſcipiant, & eum, vel eos ad illum duntaxat ſuſcipiendum admittant, dummodo vnus tantum ſiue Maſculus,ſiue fœmina ſit,vel ad ſummum vnus, & vna,idq; à duobus viris, ſeu à duabus mulieribus ſimul nunquam fieri permittant.

cap.Interdicimus, vbi D.D.16.q.1. Nau. in Man. c.22. num. 7. in fine. Glo. in c.officium in ver. à foris de offic. Archip. Conc.T. ſeſſ. 24. cap. 4. de ref.matrim. c.Non plures de conſ.d.4. c. Quãuis de cog.ſpir.in 6.

CAP. XIIII.

PRAETER electos, & deſignatos ad infantem de ſacro fonte leuandum nullus alius ſit, qui eum tangat, licet ob huiuſmodi tactum aliqua ſpiritualis cognatio non contrahatur: Deſignati autem patrini & tangant, & leuent, & ſi mas, & fœmina eodem tempore ſint, non vnus tantum leuet, & alius tangat, vt ſæpe fieri conſueuit, ſed ambo pariter leuent, & ſubſtineant.

Concil. Trid. vbi ſup.

Digitized by Google

CAP. XV.

CVRENT, vt compatres ſi cum enſe, & pugione, ſimilibuſq; armis acceſſerint, ea prius deponant, quam infantem ſuſcipiant: Mulieres verò non aliter admittant, quam ſi velato capite, obſtruſoque pectore ſint, & eo veſtimenti genere, & ornatu amictæ cōpareant, quæ à Sacramēto tantæ virtutis minimè diſſentiat. Et quoniam in Sacramento Baptiſmatis Diabolo eiuſque omnibus abrenuntiatur pompis, curent inſuper parochi, vt infantes baptizandi remotis quibuſcumque monilibus, aut crepundiis opere aureo, argenteo, vel ſerico elaboratis ad Eccleſiam deferantur, & vt qui præſentes fuerint iocis, nugis, riſibus, vaniſque colloquiis ſemotis, piè, ac religioſè quid agatur, attendant.

Conc. Turonen. tempore Caroli Mag. cap. 18. Cathech. vbi ſup. num. 69.

CAP. XVI.

ET cum patrinorum, ſeu compatrum, qui fide iuſſores apud Deum efficiuntur illorum, quos de ſacro fonte ſuſcipiunt, partes ſint eos monere cum primum ratione vti cœperint, vt caſtitatem cuſtodiant, Iuſtitiam diligant, charitatem teneant, & ante omnia, vt Symbolum Apoſtolicum & orationem Dominicam eos doceant, Decalogum quoq; & quæ ſint prima Chriſtianæ Religionis documenta: Propterea antequam eos ad prædictum admittant munus, experiantur, an orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, Decalogiq; præcepta, rectè, diſtinctèq; calleant: quę ſi eos ignorare compererint, niſi aliqua vrgens neceſsitas aliud faciendum eſſe ſuadeat, à prædicto repellant munere ſub duorum aureorum pœna, & licet non ſit de neceſsitate Sacramenti Baptiſmatis, quod baptizandus ab aliquo præcipuè in neceſsitate leuetur, caueant tamen parochi, aliiuè Sacerdotes baptizantes ne extra neceſsitatis caſum id facere vllatenus præſumant.

Conc. Arelaten. 3. cap. 19. Concil. Mogunt. 1. c. 47. Auguſt. ſerm. 163. de tpe. Cathech. vbi ſup. num. 28. cap. Vos ante omnia de cō ſec. diſt. 4. Conc. Rem. circa princ. Burc. lib. 2. c. 62. Fuſc. lib. 2. c. 3. num. 19. Conc. Cōſtātin. 3. in fine. Synod. Auguſten. cap. 16. Dion. c. vlt. ſuæ Eccleſiaſt. Hierar. Card. Argceli de ſacram. cap. 12. in fine.

VT

Digitized by Google

CAP. XVII.

VT autem ſuſceptores, & patrini officium ſuum dignius exactiuſque exequi poſsint diſtrictè præcipimus, vt nullus de cœtero ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem admittatur, qui excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, infamis, nefarius, criminoſus, meretrix, aut publicus peccator ſit, vel qui eo præſertim anno confeſsionem, ſeu communionem in Paſchate Reſurrectionis omiſerit, vel qui confirmationis ſacramentum non ſuſceperit, vel qui clericali militiæ aſcriptus ſit, ſiue is clericus ſecularis, ſiue regularis exiſtat abſque ſuorum ſuperiorum ſcripta licentia, vel qui adhuc puberbatis tempus non compleuerit. Quod ſi debita non adhibita diligentia ſecus feciſſe comprehenſi fuerint, vel ſuſpenſionis pœna, vel alia pecuniaria arbitrio noſtro punientur.

Syn. pro. Flor. de Bapt. c. 4. c. In baptiſ. de conſecr. d. 4. c. Non licet, & c. Monachi ead. diſt. Concil. Antiſioden. c. 25. Syn. Aug. c. 16 Pubertas in maſculis poſt 14. annũ completũ cõſideratur, in fœminis verò poſt annũ 12. l. fin. c. Quãdo tut. vel cur. eſſe deſier.

CAP. XVIII.

COGNATIONIS [a] ſpiritualis vinculũ, quod inter ſuſcipientes, & baptizatum ipſum, baptizatique veros parentes tantum contrahitur, [b] quę & legitima Nuptiarum fœdera inter hos omnes inire impedit, & inita dirimit: & quę patrinorum partes ſint, antequam ipſi ab Eccleſia diſcendant, eis enuncient, [c] doceantque cognationem prędictam cum domi baptizatis non tunc contrahi cum ad Eccleſiam deferuntur, vt ſolemnes adhibeantur ceremonię, ſed cum ſine alia ſolemnitate domi baptizantur, illoſque compatres, & patrinos eſſe, qui tunc puerum ſeu infantem ſuſceperunt, ſeu baptizauerunt: Idcircò vbi commodè poteſt iidem patrini euocentur etiam, & adhibeantur in ceremoniarum ſuppletione.

[a] Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de reformat. Conſt. Pij V. incip. Cum illius ædit. 4. Cal. Decem. 1566.
[b] cap. 1. & 2. quamuis de cog. ſpir. in 6. Nau. in Man. c. 22. nu. 36. Fuſc. lib. 1. c. 7. num. 19.
[c] Nauar. ibid. num. 40. Fuſ. ibid.

CAP. XIX.

NE parentes proprios baptizent filios, aut eos dum ab aliis baptizantur, teneant, prohibendi ſunt, niſi periculum

Cõc. Mogũt. 1. c. 55.

Digitized by Google

Cathec. vbi ſup. num. 29.

Nau. in Man. 16. num. 34.

culum mortis adeò inſtet, ingruatque neceſsitas, vt niſi baptiſmus ab eorum altero conferretur, de faccili infans abſque baptiſmo decederet, aliàs coniux, qui abſque neceſsitate prædicta malitiosè tamen baptizat, aut tenet ius petendi debitum perdit.

CAP. XX.

Cathech. vbi ſup. num. 75.

NOMINA baptizatis non turpia, & ridicula, & quæ gentilium, ethnicorumque, eorum præcipuè, qui impij fuerunt, memoriam referunt, ſed illorum duntaxat imponi curent, quos in ſanctorum numerum relatos eſſe conſtat, vt eorum virtutes imitari ſtudeant, quorum Nomina ſuſceperunt.

CAP. XXI.

VT nihil omnino à compatribus, commatribuſq;, aut aliis quibuſcumque in baptizatorum faſciis ſeu crepundiis ponatur, ſeu eorum parentibus, aut obſtetricibus largiatur in Eccleſia Baptizantes omnino prohibeant, nec id fieri vllatenus patiantur.

CAP. XXII.

Sylu. ver. Baptiſ. 3. num. 9. q. 9.

SI duo, vel plures etiam ex eodem partu nati ad Eccleſiam baptizandi vnà deferantur, vnicuiq; eorum ſeparatim ſtatę ceremonię, & ritus adhibeantur, vnuſque poſt alium baptizetur, adeò vt ſi mas, & fœmina fuerint, mas prius deinde fœmina baptizetur, niſi ex vrgente neceſsitate aliud faciendum eſſe videatur.

CAP. XXIII.

c. Vnic. de purific. poſt partum diſt. 5. c. Si mulier.

MONEANT puerperas parochi, vt cum primum à partu domo exierint, ſtatim Eccleſiam properent, vt Deo gratias pro eorum incolumitate agant, & à parocho benedictionem ſuſcipiant: Quam ab alio niſi de ipſius parochi

Digitized by Google

rochi licentia dari, nec ab ipſo etiam extra Eccleſiam prohibemus ſub arbitrij noſtri pœna.

CAP. XXIIII.

LINTEOLA, ſeu ſudariola, quæ ad Eccleſiam abſtergendi infantis gratia deferuntur, alba, pura, mundaq; ſint, & (vt quantum cum Deo poſſumus) ſortilegiis, ac ſuperſtitionibus viam precludamus, mandamus, vt ipſamet linteola, aut ſudariola, nec non candelæ, & ſi quid aliud ad Eccleſiam, quod Baptiſmo deſeruiat, deferatur, iis qui deferunt, non reſtituantur, ſed baptizanti remaneant: Abuſus verò) ſi qua circa huiuſmodi ſacramentum forſan irrepſerint) preſentis Decreti auctoritate quam primum Parochi tolli curent; Quod ſi nequiuerint Nobis denuncient.

CAP. XXV.

VIRTVTES, effectuſque mirabiles huius ſanctiſſimi, & neceſſarij ſacramenti, quidue ritus, & ceremoniæ, quæ in ipſius adminiſtratione adhibentur, deſignent, ſecundum ea, quæ in Cathechiſmo, & Rituali prædicto præſcripta reperierint, parochi populo explicent in Sabbato magno Paſchæ, & Pentecoſtes, quibus diebus baptiſmalis renouatur aqua, & quo tempore ſumma cum religione, maximiſque ceremoniis Eccleſia hoc ſacramentum celebrare conſueuerat, tuncq; etiam occaſionem captent de prędictis diſſerendi, cum baptiſmus alicui miniſtratur, & fidelis populi multitudinem ad Eccleſiam conueniſſe animaduerterint, aliiſque diebus id faciant, quibus magis conuenire, decereque iudicauerint.

Cathech. vbi ſup. num. 2.

CAP. XXVI.

SABBATO Sancto, & Sabbato ſeu vigilia Pentecoſtes, quibus diebus aqua baptiſmalis ex veteri Eccleſię ritu renouari ſolet, Parochi omnes, tam Seculares, quam Regulares ad Plebem illam conueniant ſub cuius plebatu parochiales

chiales

Digitized by Google

chiales Eccleſias obtinent, vt Plebanum in ceremoniis ad aquam baptiſmalem adhibendis adiuuent, alioquin vigintiquinque librarum pœnam ſubeant, niſi legitimo impedimento detenti conuenire nequiuerint.

CAP. XXVII.

QVI Baptiſmi Sacramentum adminiſtrant, ducentarum ad minus paginarum librum diligentiſsimè cuſtodiendum communis folij (vt vocamus) magnitudine habeant, in quo vel latino, vel vulgari ſermone deſcribant Baptizati, Parentum, Compatrum, ſiue Comatrum Nomina, Cognomina, Patriam, & diem Natiuitatis, & Baptiſmi, nec non menſem, & annum, & an ex legitimo procreatus fuerit matrimonio, ſub hac præſcripta forma videlicet.

FORMA DESCRIBENDI BAPTIZATOS lingua Latina.

ANNO Domini———Die———Menſis———. Ego.N. Parochus huius Eccleſiæ.N. baptizaui ſecundum ritum S. R. E. Infantem die———natum, vel natam ex .N. & .N. coniugibus huius, vel parochię .N. cui impoſitum eſt nomen .N. Patrini fuerunt .N. filius.N. ex parochia, ſeu loco.N. & .N. coniux .N. filia.N. ex parochia, ſeu loco.N. quos monui de obligatione, & cognatione contracta præſentibus .N. & .N. ſi teſtes adfuerint.

Si infans non fuerit ex legitimo matrimonio natus, ſed de parentibus certis, nomen vtriuſque parentis ſcribatur verbo illo (coniugibus) omiſſo; ſin autem alter tantum ex parentibus certus ſit, non duntaxat illius, de quo conſtat notetur, omnis tamen infamiæ vitetur occaſio.

Si verò de neutro parente conſtat, vel neuter agnoſci velit ita ſcribatur.

Baptizaui infantem cuius parentes ignorantur natum, vel natam die———ſi de die conſtat, cætera vt ſupra.

Si expoſitus ſit infans, exprimatur quo die, & quo loco reper-

Digitized by Google

repertus, & quot dierum veriſimiliter ſit, & an fuerit baptizatus ſimpliciter, an ſub conditione.

Si infans domi ob imminentis mortis periculum baptizatus ſit, ita ſcribatur.

Anno——die——Menſis——natus eſt .N filius .N. & .N. coniugum, quem ob imminens mortis periculum domi ritè baptizauit .N. obſtetrix probata, ſiue .N. filius .N. (ſi alius baptizauerit) patrini fuerunt, &c. vt ſupra.

Si ſuperuixerit infans, & ei adhibitę ſint in Eccleſia ſacræ ceremoniæ, ita addatur.

Die——eiuſdem Menſis ad Eccleſiam portatus eſt infans prædictus ab .N. filio .N. ipſique ego .N. parochus huius Eccleſiæ .N. ſacras ceremonias, & pręces adhibui, & .N. nomen impoſui.

Si ob dubium quod non rectè, nec ritè fuerit domi collatus baptiſmus, cum conditione (*Si non es baptizatus &c.*) infans in Eccleſia baptizetur, ob quod nullatenus dici poteſt baptiſmum iterari, ita ſcribatur. Cathech. vbi ſup. num. 56.

Anno———Die———Menſis———.N. filius, ſeu filia .N. & .N. coniugum huius, vel parochiæ .N. natus, vel nata die——domi baptizatus, ſeu baptizata (vt dicebatur) ob imminens mortis periculum ab .N. fuit ad hanc Eccleſiam .N. portatus ab .N. filio .N. vt ei ſacræ ceremoniæ adhiberentur, ſed quoniam re diligenter perquiſita per me .N parochum d. Eccleſiæ .N. probabiliter dubitatur de validitate baptiſmi domi collati, fuit per me .N. parochum præfatum baptizatus, ſeu baptizata cum conditione (*Si non es baptizatus &c.*) eique impoſitum eſt nomen .N. patrini fuerunt .N. &c. vt ſupra in prima forma pręſcriptum eſt.

Si forte non parochus, ſed alius baptizauerit, id exprimatur, & de cuius mandato, ſeu qua facultate id fecerit.

Si quis baptizatos ipſos vulgari idiomate deſcribere mal uerit, dummodo præſcriptam formam ſeruet, vt id facere poſsit, permittimus.

CAP. XXVIII.

EXEMPLVM deſcriptionnm illorū infantium quæ in libro Baptizatorum cuiuſcumque Eccleſiæ Baptiſ-

malis hactenus reperiuntur, per quemlibet ipſarum Eccleſiarum Rectorem intra duos menſes ad ſummum tranſmittatur ad Curiam Epiſcopalem,&deinde quotannis per totam octauam Pentecoſtes ommittatur exemplum, deſcriptionum infantium, qui quolibet anno baptiſmi Sacramentum ſuſcipient in Archiuio publico aſſeruandum, vt ſi caſu aliquem ex dictis libris deperdi, ſeu lacerari contingat, habeatur nihilominus vbi recurrendum: Qui contrafecerit, duorum aureorum pœna mulctetur.

DE CONFIRMATIONIS Sacramento. Rub. XXV.

CAP. I.

[a] Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 7. de refor. gen.
[b] Cathec. de ſacram. conf. ferè per tot.
[c] Cathe. ibid. num. 16.
[d] cap. 1. de cõſecr. diſt. 5. & ibi gloſ. Nau. in Man. c. 22. num. 9.

VT ardentius fideles ad Confirmationis Sacramentum ſuſcipiendum inflammentur, aliquibus diebus antequam illud per Nos miniſtrandum ſit, [a] Parochi in Eccleſia, & tempus collationis denuncient & eius Sacramenti vim, virtutem, & Miſteria diſtinctè declarent iuxta formulam [b] à Sacro Romano Catechiſmo præſcriptam, atque illud in primis edocere curent, [c] quod & ſi Sacramentum prædictum eiuſmodi neceſsitatem non habeat, vt ſine eo quis ſaluus eſſe non poſsit, [d] tamen à nemine (cui commoditas illud ſuſcipiendi non deſit) prætermitti abſque graui culpa licere.

CAP. II.

Cathech. vbi ſup. num. 18. cap. Vt ieiuni de conſ. d. 7.

CONFIRMANDOS omnes, qui adulti fuerint, hortentur, vt ieiuniis, aliiſq; pietatis operibus ad hoc Sacramentum ſe præparent ſuſcipiendum, vtque prius confeſsionem Sacramentalem faciant, ſanctiſsimaq; Euchariſtia ſe reficiant, quàm ad illud accedant, vt facilius gratiam, & Spiritus Sancti dona, quę inde proueniunt conſequãtur, quod quidem fidelibus fermè perſuaderi poſſe exiſtimandum

dum eſt, ſi huius Sacramenti dona, admirabiliſque effectus intellexerint.

CAP. III.

NVLLVM ad prædictum Sacramentum eſſe Nos ad miſſuros inſinuent, qui ſeptimum ſaltem ætatis ſuæ annum non compleuerit, quo poſsit rei geſtæ memoriam, & quid agitur recordari, Nullumque pariter adultum, qui excommunicatus, interdictus, aut publico facinore irretitus, aut qui eo anno peccata ſua non fuerit confeſſus, & Euchariſtię Sacramentum non ſumpſerit.

Cathec. vbi ſup. num. 17. Cuccus Inſt. Canon. de cõfirm. nu. 16. Ex Põt. Rom. par. 1. de rub de confirm.

CAP. IIII.

IEIVNI omnes, niſi aliqua excuſet neceſsitas accedant, viri abſque aliquo armorum genere, Mulieres verò velato capite, obtecto pectore, exteriorique habitu modeſtiam, deuotionemque præſeferente; omnes tamen piè, & religiosè, vt tàm ſacra res exigit, ſtentque mares à fœminis ſeiuncti.

Cathec. vbi ſup. num. 18.

CAP. V.

MONEANTVR præterea à parochis, quod in Confirmatione vnus tantum adhibetur ſuſceptor, ſeu patrinus, qui confirmandum coràm Epiſcopo ſiſtat, nihilque referre, an maſculus, an fœmina ſit, licet vt maſculos, & fœminæ fœminas ſuſcipiant honeſtius decentiuſq; eſſe videatur: Inſtruanturq; ſuſceptores prædicti, quod pueri dextero brachio ſuſtinendi ſunt ante Epiſcopum, & adulti pedem dexterum ſuper pedem dexterum ſuſceptoris ponere debent dum chriſmantur.

c. Nõ plures de cõſec. d. 4. Card. Aracęli de ſacram. cap. 21.

Ex lib. Pont. vbi ſup.

CAP. VI.

NEMO [a] eodem diem plures, quam duos ad ſummum confirmandos præſentet, nec citra vrgentem neceſ-

[a] Ex Pontif. vbi ſup.

ſitatem, [b] qui in Baptiſmo compater, aut commater fuit, in confirmatione aſſumatur, [c] nullusque vnquam adhibeatur ſuſceptor, qui in primo conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradu coniunctus ſit, [d] nullusque maritus vxorem, nullaq; vxor maritum ſuſcipiat ſuum: [e] Cumq; patrinus loco patris habeatur, nullus ætate minor maiorem præſentet.

[b] c. In Cath. de cõſ diſt. 4. [c] 1. c. Si quis cum pluribus ſeq. 30. q. 1. [d] Armil. ver. Confir. Sacr. nu. 1. in fine. Syl. ver. confirmatio diuina in fine. [e] Arg. §. minorem Inſt. de adoptio.

CAP. VII.

Conc. T. ſeſſ. 24. cap. 2. de refor. Cathech. vbi ſup. num. 14.

EX confirmatione ſpiritualem cognationem matrimonia contrahenda impedientem, & contracta dirimentem eiſdem modis gigni doceant parochi, quibus gignitur in Baptiſmo, nec minoris illam æſtimandam eſſe, ad idemque teneri confirmatorum ſuſceptores, ad quod Baptizatorum patrinos aſtrictos eſſe tit. præcedenti c. 16. monſtrauimus. Propterea mandamus, ne quiſquam nondum confirmatus aliquem confirmandum tenere, aut leuare præſumat, & quos ſupra de ſacro fonte leuare prohibuimus, pari ratione confirmandos tenere vetamus: Qui contrafecerint pœnis arbitrariis punientur.

e. In baptiſmate, & ibi glo de conſ. diſt. 4. d. c. In Baptiſmate. Conc. Colon. ſub Hermanno c. 10. ſup. tit. præced. c. c. 16. & 17. faciuntq; loca ibid. citata.

CAP. VIII.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Sacram. can. 9. Cathech. vbi ſup. num. 22.

CVMQVE Sacramentum iſtud, quod characterem imprimit indelebilem abſque ſacrilegio reiterari nõ poſſit, moneant parochi populares ſuos, ne eorũ quiſpiam confirmari ſe faciat, qui ſe aliàs confirmatum eſſe non ignorat: Quod ſi quis de confirmatione ſuſcepta probabiliter dubitet, certiorq; fieri de veritate non poſſit, tunc ad Sacramentum prædictum ſuſcipiendum accedere minimè vereatur.

CAP. VIIII.

Contenta in hoc cap. colliguntur ex Pontif. Rom. vbi ſupra.

QVI Chriſmati ſunt, ab Eccleſia non prius diſcendant, quàm ab Epiſcopo benedictionem acceperint, eorumque frontes fuerint à miniſtris diligenter abſterſę, & circumligatæ, & propterea parochi confirmandis pręcipiant, vt vittas, ſeu faſcias lineas albas, & mundas ſecũ

deferant,

Digitized by Google

deferant, ipſaſque poſtquam depoſuerint, comburant, & per ſeptem dies à capitis lotione abſtineant, doceantque nullam compaternitatem, aut cognationem ſpiritualem contrahi ligando, vel ſoluendo ligaturam capitis, vel frontem abſtergendo, ſed tenendo tantum.

CAP. X.

PROHIBEANT ſuſceptoribus Parochi ex parte noſtra ſub arbitrariis pœnis, ne iis, quos ſuſcipiunt, aut eorum parentibus quicquam omnino largiantur, ne cuiquam (quod aliquandò fortè commiſſum eſt, hoc iterandi Sacramentum præbeatur occaſio.

CAP. XI.

ET ne de cœtero de prædictis dubitari contingat, quilibet parochus librum habeat diligenter cuſtodiendum, in quo ſuorum parochianorum Confirmationis Sacramentum ſuſcipientium, eorumq; parentum, ac patrinorum nomina, cognomina, patriam, & parochiam in qua habitant, diem, menſem, & annum, locumq; vbi confirmatus fuerit, & à quo Antiſtite ordine Alphabetico referant, atq; deſcribant, ita tamen vt mares à fœminis feiuncti notentur, vel eo die, quo Chriſma confertur, vel intra octo dies ad ſummum, quod facilè aſſequentur, ſi vel Chriſmatos ad Eccleſiam euocare, vel ipſimet parochiam luſtrare curauerint.

FORMA DESCRIBENDI CONFIRMATOS.

Anno ——— Die ——— Menſis ——— qui fuit dies .N. Titius filius .N. & .N. coniugum, vel Berta filia, &c. (& ſi fuerit nupta addatur) vxor .N. Sacramentum Confirmationis accepit à Reuerendiſsimo Domino .N. Epiſcopo .N. in Eccleſia .N. Compater, ſeu Commater fuit .N. filius, vel filia .N. parochię ſeu loci .N. Si confirmatus ex legitimo matrimonio genitus non ſit ex certis tamen parentibus, vel ex altero tantum parente incerto, vel parentes omnino ignorãtur, ſeruetur, quod de baptizatis ſupra pręſcripſimus. Tit. præced. cap. 17.

DE

DE SANCTISSIMO EVCHARISTIÆ Sacramento. Rub. XXVI.

CAP. I.

QVONIAM in almo Sanctiſsimæ Euchariſtiæ Sacramento,[a] quò nihil habet Eccleſia dignius, admirabilius, atque ſublimius Dominus [b] noſter IESVS Chriſtus verus Deus, & homo, verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub illarum ſenſibilium, viſibiliumque ſpeciebus continetur, inſtruendus pariter, & cohortandus eſt populus, immo ei præcipere debent parochi, vt [c] contremiſcens tàm cum in celebratione Miſſæ ſanctiſsimum ipſum ſacramentum eleuatur, quàm cum proceſsionaliter, ſeu ad infirmos defertur, vel alio modo publicè in Eccleſia exponitur ſe reuerenter inclinet, corporeq; humi fuſo mente ipſum adoret. Ex quo facile etiam omnes intelligent quanta maiori, & corporis, & mentis humilitate, reuerentia, ac ſanctitate ad ipſius ſacramentalem perceptionem vnuſquiſque accedere debeat.

[a] Nihil de cõſecr. diſt. 2. Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. Cath de Euchariſt. Sacr. in princ.
[b] Cõc. T. ibid. c. 1. & can. 1. c. 1. §. vna de ſum. Trinit. [c] Cathec. vbi ſup. num. 27. & 28.
[c] Cõc. Colon. ſub Hermãno de admin. ſacram. cap. 16. c. Sanè de celebr. Miſſ.

CAP. I.

AD quam vt dignè (quantum humana conditio patitur) fideles accedant, parochi eis demonſtrare non prætermittant, illud potiſsimum expediens eſſe communicare volentibus, vt præceptum illud Apoſtoli probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. in memoriam ſœpe reuocent, eamq; probationem pro vt Eccleſiaſtica conſuetudo declarat neceſſariam eſſe, doceant, vt ſibi mortalis peccati conſcij quantumuis ſibi contriti videantur abſque premiſſa ſacramentali confeſsione ad ſacram Euchariſtiam non accedant, ex eiuſdemque Apoſtoli ſententia eos admoneant, quam graue crimen ſit ad Sacramenti

1. Cor. 2. F. 28. c. Qui ſcelerate de conſ. diſtin. 2. Cathech. vbi ſup. num. 55. 56. & 57. Concil. Trid. vbi ſup. c. 7. & can. 11. cap.

ti participationem aliter accedere: Qui .n. (inquit Apoſtolus ipſe, manducat, & bibit indignè.) quod eſt cum quis aliquo exitiali peccato contaminatus eſt, eiuſque mens ab omni affectu peccandi longè non abeſt, & iudicium ſibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini, & reus fit corporis, & ſanguinis eius.

Quotidie, & c. panē de cōſecr. diſt. 2. 1. Cor. 11. F. & G. 29.

CAP. III.

ET cum Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad patrem hoc Sacramentum inſtituerit, volueritque tanquam ſpiritualem animarum cibum ſumi, & tanquam antidotum, quo à culpis quotidianis liberaremur, & à peccatis præſeruaremur: Propterea parochi partes erunt fideles crebrò adhortari, vt frequenter ad huius ſpiritualis animarum cibi ſumptionem accedant, & præſertim vt id facere curent, ſi non frequentius, ſingulis ſaltem annis in Paſchate Reſurrectionis ex præcepto, in Pentecoſte, & Natiuitate Domini, & in Beatiſsimæ Virginis Mariæ Aſſumptione ex pia religione, & tempore infirmitatis, & vbi inſtat periculum mortis, ſeu cum per diuerſa loca ſunt peregrinaturi, quod facilè forſan aſſequentur, ſi illa omnia ex Cathechiſmo exponent, quæ ipſius Sacramenti Maieſtatem magis illuſtrare poſſe videantur, & ſi (vt Synodo prouinciali Florentina cauetur) ipſos monebunt de antiqua Eccleſiæ conſuetudine quotidie communicandi.

C.T. vbi ſup. cap. 2. Mat. 26. c. 26. Mar. 14. c. 22. Luc. 22. B. 19. 1. Cor. 11. E. 24. Cathech. vbi ſup. c. 70. Conc. Senonen. in decretis morū c. 12. c. Si non frequentius. c. Seculares, & c. Omnis homo de cōſ. d. 2 Concil. Agaten. c. 18. Conc. Turonen. tempore Caroli Mag. cap. 50. Synod. Flor. de Euch. c. 4. Cathech. vbi ſup. num. 61. Actio. 2. F. 42. & 46.

CAP. IIII.

VTQVE ſaltem communio illa, quæ ſingulis annis in paſchate in propria parochia ab omnibus vtriuſq; ſexus fidelibus ex præcepto fieri debet, non omittatur, aut vltra aſsignatum tempus differatur, parochis omnibus præcipimus, vt Decretum illud Lateranenſis Concilij ſub Innoc. Tertio, quod incipit Omnis vtriuſq; ſexus, in prima, & ſecunda Quadrageſimæ Dominicis quot annis inter Miſſam recitent, & Vulgaribus verbis vſque ad §. Si quis autem, populo exponant vt infra videlicet.

Decretū hoc in Cōcil. Lat. eſt. 21. in ordine, & eſt relatū in c. Oīs vtriuſq; ſexus d pēn. & rem. Concil. Trid. ſeſ. 13. can. 9. Cath. de Euch. n. 59. & 61.

Ciaſcuno

Ciaſcuno fedele dell'vno,& l'altro ſeſſo poi che ſarà per uenuto a gl'anni della diſcrezione almeno vna volta l'anno fedelmente in ſegreto confeſsi tutti li ſuoi peccati al proprio curato, & s'ingegni con le proprie forze adempire la penitenza che gli ſarà impoſta riceuendo con riuerenza al meno nella Paſqua il Sacramento dell'Euchariſtia, ſe però per conſiglio del proprio curato non giudicaſſe per alcuna ragioneuole cagione douerſi per qualche tempo aſtenere dal riceuere il prefato Sacramento: Altrimenti (traſgredendo) in vita ſia ſcacciato, & interdetto dal potere entrare in Chieſa, & in mortè reſti priuo della ſepoltura Eccleſiaſtica, & acciò neſſuno ſi poſſa ſcuſare ſotto velame, & coperta di cieca ignoranza, queſta ſalutifera conſtituzione frequentemente ſi publicherà nelle Chieſe.

CAP. V.

d.c. Omnis.

NEGLIGENTES, ſeu differentes præſtituto tempore communicare (niſi de proprij parochi conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab huiuſmodi Euchariſtiæ perceptione duxerit abſtinendum) à Parochis generatim inter Miſſarum ſolemnia,vt communicent, moneantur,& ſi infra terminum quindecim dierum ad ſummum à die factæ monitionis, quam vel in Dominica in Albis, vel in alia ſequenti fieri omninò ſub pœna arbitrij noſtri volumus,non communicauerint, iidem parochi primo ſubſequenti feſto Edictum infraſcriptum inter Miſſam diuulgent,ipſiuſq; exemplum poſtmodum ad valuas Eccleſię affigant, ne quiſquam ignorantiæ cecitate velamen excuſationis aſſumat: Et qui intra terminum in Edicto aſsignatum parer contempſerint, eoſdem, & quemlibet eorum pro interdictis ab ingreſſu Eccleſię nominatim denuncient iuxta,id quod in ipſo Edicto præſcribitur, Parochi qui mundano aliquo affectu, ſeu timore prædicta exequi neglexerint, aut plus æquo diſtulerint, debita animaduerſione corripientur.

EDITTO

Digitized by Google

EDITTO CONTRO LI NON Communicati nella Paſqua.

N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Collenſis.

TROVANDOSI ordinato per vn Decreto del Concilio Lateranenſe ſotto Innocenzio Terzo, che comincia Omnis vtriuſque, che ciaſcun fedele tanto Maſchio, quanto Femmina quando ſarà arriuato a gl'anni della diſcrezione ſia tenuto, & debua ogn'anno vna volta almeno confeſſare tutti i ſuoi peccati al proprio curato, & pigliare reuerentemente nella Paſqua di Reſurrezzione il Santiſsimo Corpo di Noſtro Signore Gieſu Chriſto, altrimenti li negligenti ſieno in vita ſcacciati della Chieſa, & in morte non ſieno ſeppelliti in luogo ſacro, & hauendo Noi inteſo che alcuni tanto Maſchi quanto Femmine della parochia di .N. fino à queſto tempo hanno recuſato, & ſprezzato, & al preſente recuſano, & ſprezzano il confeſſarſi, & communicarſi, ſe bene dopo l'ottaua di Paſqua ſono ſtati moniti che ſi deuino communicare: Per tanto deſiderando Noi che ritornino in loro ſteſsi & ſi rauuedino del lor graue errore, per queſto noſtro Editto ordiniamo, & comandiamo à tutti li ſopradetti dell'vno, & l'altro ſeſſo negligenti, & diſprezzatori di queſto ſanto precetto della Chieſa, i quali fin'à queſto preſente giorno non ſi ſono confeſſati, & communicati, che ſe fra altri quindici giorni, cinque de quali ſe gli aſſegnano per il primo, cinque per il ſecondo, & cinque per il terzo, & vltimo, & peremptorio termine, & canonica monizione, non ſi confeſſeranno, & communicheranno, ſieno (paſſati li detti quindici giorni) hauti, tenuti, & da ciaſcuno ſchifati per interdetti dall'ingreſſo della Chieſa, ſi come Noi

adeſſo per all'hora gli prohibiamo, & interdiciamo il detto ingreſſo in vita, & che morendo coſi interdetti; non poſſino eſſere per conto alcuno ſeppelliti in luogo ſacro, & comandiamo à tutti i Curati che fra le Meſſe nel primo giorno di feſta paſſati li quindici giorni per tali gli publichino attaccando alle porte delle loro Chieſe li Nomi loro; acciò da tutti li fedeli per tali ſieno tenuti, & ſchifati.

CAP. VI.

QVI Paſchatis tempore aliquam ob cauſam abſunt, poſt reditum, legitimam fidem in ſcriptis de communione ſumpta proprio parocho oſtendant, vt canoni prædicto omnis vtriuſq; ſatisfaciant, alioqui confiteantur, ſumantq; Euchariſtiam in parochia, quod ſi facere neglexerint, contra eos vti contra non cõmunicatos procedatur.

CAP. VII.

QVI diuerſa domicilia nempè in Ciuitate vel Collenſis vel alia, & in Diœceſi habent, & præſertim illi, qui & ſi, vt plurimum ruri habitant, nihilominus Paſchatis tempore ad Ciuitatem progredi ſolent, ne vterq; parochus decipiatur, ſtatuimus, vt parocho illius loci, à cuius parochia dicto tempore abfuerit, ſchedulam obſignatam alterius parochi manu ſcriptam deferant, quę ipſos Euchariſtię ſacramentum percepiſſe plenam fidem faciant, aliàs contra eos procedatur, ac ſi verè communionem non ſumpſerint.

CAP. VIII.

PAROCHI nulli facultatem concedant, vt Paſchæ tempore alibi, quam in propria parochiali Eccleſia Euchariſtiam ſuſcipiant, etiam ſi is in Cathedrali Eccleſia, in Oratorio, aut in aliqua confraternitate, in qua ipſe deſcriptus ſit, id peragere vellet: Qui à non proprio parocho abſq; legitima cauſa ab eo, vel a Nobis cõprobanda dicto tempore communionem perceperit pro non communicato

Syn. Pro. Flo. de Euch. c. 6.

Digitized by Google

nicato habeatur, & contra eum æquæ ac contra alios non communicatos omnino procedatur.

CAP. VIIII.

TEMPVS Paſchale, quo Eccleſiæ præcepto de communione facienda ſatisfieri poteſt à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis incluſiue, vt communis ſummiſtarum opinio eſſe videtur intelligi declaramus.

Nau. in Man. c. 21. nu. 54. Armil. ver. Communio, num. 3.

Iacob. Graff. in ſumma caſuum conſcientiæ lib. 2. c. 37. nu. 16. & alij Summiſtæ ferè omnes.

CAP. X.

EORVM qui dicto tempore ſacram Euchariſtiam non ſumpſerint, nomina ad nos ſcripta deferant Parochi ad ſex dies poſt octauam Paſchę: Quod ſi negligentes fuerint pœna arbitrii noſtri mulctentur.

Syn. Flor. vbi ſup. cap. 5.

CAP. XI.

VT autem certam illorum ſuorum parochianorum cognitionem habeant, qui Paſchę tempore ſacram Euchariſtiam ſumere negligunt, antequam Paſchæ tempus adueniat, tot præparent ſchedulas proprio ſigillo, vel alio charactere ad vniuſcuiuſq; libitum ſignatas, quæ parochianorum ſacram Euchariſtiam ſumentium numerum excedant, ſinguliſq; parochianis vnam ex eis à Clerico miniſtro, vel ab alio ſibi fido tradi curent, priuſquam à loco recedãt, vbi eis communionem præbuère: Indeq; tranſactis Paſchæ diebus parochiam luſtrent, ſchedulamq; ipſam ab vno quoque repetant, & quibus eam deeſſe compererint, pro non communicatis habeant, vt Romæ etiam ſeruatur.

CAP. XII.

ET ne forte arbitrentur Curati dicto tempore cuiuſuis generis homines ad ſacramentalem Euchariſtię per-

ceptionem admittendos eſſe, ipſis mandamus; atque præcipimus, ne interdictos, aut excommunicationis ſententia conſtrictos, & publicè denunciatos, cum hi ab Eccleſię communione excludantur, donec abſolutionis beneficium conſequantur, ad ſacræ Euchariſtiæ, quæ Chriſtianorum vnio eſt, perceptionem admittant: Item ne præſtigiatores, hiſtriones, eos, videlicet, qui turpibus, & illicitis verbis ludunt, Meretrices, lenones, fœneratores, blaſphemos publicos, coniuges abſque iudicio Eccleſiæ ſeorſum habitantes, alioſque huiuſmodi facinoroſos homines, manifeſtis criminibus, & flagitiis illaqueatos, ac in publicis, & notoriis criminibus degentes ad ſacram Communionem publicè recipiant, niſi eos vitam, & mores re ipſa emendaſſe perſpicuè, & indubitatè conſtiterit, vt qui ipſorũ prauis exemplis offenſi fuere, eorundem emendatione edificentur: Quod ſi aliquis ſecretò pœnituerit, ac verè contritus, & ex corde ad Deum conuerſus ſecretò etiam poſt præmiſſam ſacramentalem confeſſionem ſacram Euchariſtiam petierit ſecretò poterit illi adminiſtrari, publicè autem vnquam.

c. Engeltrudam 3. q. 4. c. Cũ non ab homine. c. cũ deſideres. c. quod in dubiis cũ ſimil. de ſent. exc. c. Donare, & ibi glo. d. 86. cap. Pro dilectione cum ſeq. de côſec. d. 2. c. quia, cl primo de Vſ. Sac. Rom. p. 1. tract 4. de Euch. p. 2. t. 78. Synod. Auguſten. cap. 19. Nau. in Man. c. 21. num. 55. Idem Nauar. in c. 1. in princip. nu 92. & 93. & in c. Sacerdos nu. 101. & ſeq. de pœn. diſt. 6. Syl. ver. Euchar. 3. nu. 7. Syn. Pro. Flo. vbi ſup. c. 7.

CAP. XIII.

MVLIERES fucatæ, & quæ ſtudioſius) quàm par eſt,) ornatæ, vt puta cum gemmis, anulis auricularibus, monilibus, ſimilibuſq; inanibus ornamentis & veſtimentis ad ſacram communionem acceſſerint, quæue caput velo decenti obtectum pectuſq; obſtruſum non habuerint, & viri ſi non demiſſo vultu, & humili veſtitu, omniq; armorum genere depoſito, ita vt pœnitentiam, & animi ſubmiſſionem prę ſeferant, comparuerint, ad communionem non admittantur, dũmodo prius de hoc ſemel admoniti fuerint.

CAP. XIIII.

Cath. de Euchariſt. n. 64.

IIS omnibus qui mente capti ſunt, & ratione deſtituti, ſiue id naturaliter, ſiue ex Dœmonum obſeſſione patiantur,

tur, quia tunc à pietatis ſenſu alieni ſunt, ſacramentum hoc dare minimè oportet, quamuis ſi antequam in inſaniam inciderint piam, & religioſam animi voluntatem præſetulerint: In fine autem vitæ Euchariſtiam eis miniſtrare licebit modò vomitionis, vel alterius indignitatis, & incommodi periculum nullum timendum ſit, tuncque minus id abſq; conſcientia noſtra fiat.

c. Is qui 16. q.6. ſumptum ex Conc. Carthag. 4. c.76. & à Cath. vbi ſup. citato.

CAP. XV.

PVERIS, ſeu puellis vſu rationis propter ætatis imbecillitatem carentibus hoc ſacramentum adminiſtrare non conuenit: Qua verò ętate ipſis ſacra communio prębenda ſit, nemo melius conſtituere poteſt, quam pater, & ſacerdos, cui illi confitentur peccata, iis tamen nec præbeatur, niſi eos ante aliquot dies parochus examinarit, & de vi, & ratione ſacramenti inſtruxerit, ipſoſque ſcire nouerit Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolũ Apoſtolorũ, Decem legis præcepta, & Confeſsionem.

Cathech. vbi ſup. num. 62. & ſeq. Concil. Trid. ſeſ. 21. cap. 4.

CAP. XVI.

VT omnes Dœmonum inſidiæ, & carnis peccati illecebræ facilius caueantur ordinamus, vt in feſto Paſchatis, & quoties magnus communicantium numerus adfuerit, vbi id Eccleſiæ qualitas, & amplitudo patitur Euchariſtia Maribus ſeorſum à fœminis miniſtretur, ſintque ita ſeiuncti, vt ne dum ex aduerſo, ſed ne ex obliquo quidem ſe ſe mutuo conſpicere poſsint, quare vel in diuerſis locis eos communicent parochi, vel non eodem tempore, ſed per vices ſibi inuicem viri, & mulieres ſuccedant.

Syn. Flor. vbi ſup. cap. 3.

CAP. XVII.

MAPPA linea munda, & decens ante communicandos ſemper extendatur, duoq; ſaltem funalia, ſeu cerei ex cera alba accenſa ſemper præcedant. In Paſchate verò vbi generalis communio fit, oblonga potiſsimum adſint

Zecchius de Epiſcopis c. 6. num. 24. in princ.

Digitized by Google

ſint ſedilia, ſeu ſcamna lignea, quæ populo communicando pro menſa inſeruiant mappis albis, & nitidis ſtrata, quæ tot ſint, quot pro communione parochianis præbenda ſufficiant, ipſęque ad alium vſum nunquam transferantur, & huic vſui Altarium mappæ nunquam adhibeantur: Adſint etiam linteola ad abſtergendum os eorum, qui purificationem ſumpſerint. Particulæ verò non in calice, aut ſuper patena teneantur, ſed in vaſculo, ſeu pixide argentea, vel ex ære aurata, & ad hunc tantum vſum comparata.

CAP. XVIII.

PVRIFICATIO in calice conſecrato nunquam præbeatur, ſed pro ipſa præbenda duo vaſa argentea, vel vitrea habeantur, quæ ad ſacri calicis formam non ſint, in vno inſit vinũ, in altero aqua pro abſtemiis, & ne alij vnquam deſeruiant vſui, parochus, ſeu ſacriſta ea ſub claue in aliquo armario, ſeu capſa in Sacriſtia, vbi ſit alias perpetuò in Eccleſia aſſeruabit: Et quoniam reperiuntur aliquando, qui vinum, (quod poſt ſacram communionem miniſtratam communicatis ad eos purificandos præbetur,) conſecratum eſſe, vel ſaltem benedictum arbitrantur, propterea parochianos moneant curati vinum ipſum nec conſecratum, nec benedictum eſſe, ſed purum & ſimplex, ipſumq; ideò communicatis dari, vt per eius ſumptionem ſacramentum ipſum facilius deferatur.

CAP. XIX.

VT ij, qui matrimonio iuncti ſunt aliquot dies ante, & poſt ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem (vt tanti Sacramenti dignitas poſtulat) à concubitu vxorum abſtineant, vtq; omnes ieiuni accedant ita vt à dimidia antecedentis diei nocte vſque ad illud temporis punctum nihil omninò comederint, aut biberint, ne ſtatim poſt eius ſumptionem, cibum, aut potum ſumant, ſed per dimidiam ſaltem horam non ſolum à cibo, & potu, ſed etiam à ſputando contineant, moneantur.

cap. Omnis de conſ.d.2. Cathech. vbi ſup. num. fin. cap. Liquido ead.diſt.c. Nihil.7.q.1 c.ex parte de cel. Miſſ. Cathech. vbi ſup. num. 58. c. Tribus de conſecr.diſt.2. Syl.ver.Euchariſtia 3. nu.9.

PAROCHI

CAP. XX.

PAROCHI Euchariſtię Sacramentum miniſtrantes nihil petant, ſi autem gratis aliquid oblatum, ſeu relictum fuerit in Altare, vel alibi, accipiant, & ne occaſione communionis eleemoſina quæritari videatur, caueant, ne peluicula, ſeu vaſculum, aut quid vis aliud ſimile circumferatur, aut in aliquo Eccleſię loco hac de cauſa exponatur.

CAP. XXI.

IN ipſius Sacramenti adminiſtrationem ordinem ſeruent parochi, aliiſuè omnes ſacerdotes in Rituali ſacramentorum præſcriptum, in iis præſertim, quæ hic mandata non ſunt: Et ne contempto confeſsionis remedio homines ſacroſanctam Euchariſtiam percepturi ſibi periculum, quod Apoſtolus indignis, & in exploratis grauiter comminatur, accerſant, parochis omnibus iniungimus ne in poſterum quenquam parochianum, qui ſibi confeſſus non fuerit, ſaltem vbi non factæ confeſsionis ſuſpicio eſſe poſsit, ſine teſtimonio eius, cui confeſsionem fecit, ad ſanctam communionem admittere præſumant.

1.Cor. 11.F. 27. & G. 29. Conc.Colon. ſub Hermãno de admin. ſacram.cap.20. & i alio C 6c. Col.ſub Adulpho circa fin. Syn.Mogunt. cap. 28.

CAP. XXII.

EVCHARISTIA iis, qui rarò eam ſumunt, non miniſtretur, niſi quatuor, vel quinque ſaltem dies arbitrio confeſſarij à confeſsione interceſſerint, vt maiori reuerentia, & humilitate, animiq; & cordis munditia ad ipſam ſumendam accedere valeant.

Nauar.in Manu.c.21.n.45.

CAP. XXIII.

IN Cathedrali Eccleſia feria V. in Cœna Domini omnes Dignitates, Canonicatus, ſeu præbendas obtinentes, aliiſuè Sacerdotes, & Clerici ipſius ſeruitio aſcripti ſuperpelliceo, & ſtola (ſi Sacerdotes ſint) amicti, alioquin ſuper

Concil. Bracaren.3.c.3.

pelliceo

Digitized by Google

pelliceo tantum in ſolemni Miſſa Euchariſtiam ſumant, niſi aliqui ex eis ipſo die Miſſa in alia Eccleſia ſint celebraturi. Quod in parochialibus Eccleſiis, etiam vbi plures Sacerdotes, ſeu clerici conuenire ſolent, ſeruari mandamus. Eadem feria V. in eiſdem Eccleſiis intra earum ambitum tantum ſepulchrum honorificè ſingulis annis conſtrui volumus, & mādamus, vt in ipſo Corpus Chriſti pro feria ſexta in Paraſçeuè cum ſex luminaribus ad minus iugiter aſſeruetur, aſſiduèque (vbi poteſt) vel ab aliquo Sacerdote, vel ab aliquo Clerico cuſtodiatur.

CAP. XXIIII.

Syn. Flor. vbi ſup. cap. 2.

IN ſingulis parochialibus Eccleſiis, in quibus aſſeruari ſolet, ſeu aſſeruari ſtatuimus (cū Diœceſim viſitauimus) ſanctiſsimum Euchariſtię Sacramentum, in iisq; pręſertim, quæ populū numeroſum habent, curent omni ſtudio parochi, vt ſanctiſsimi Corporis Chriſti ſodalitates erigantur, inſtituanturque iuxta Bullę fel. rec. Pauli Tertij ſuper erectione ſocietatis ſanctiſsimi Corporis Chriſti æditæ præſcriptum, vt eorū parochiani priuilegiorum, & indulgentiarū participes efficiantur, quæ huiuſmodi ſodalitatibus conceſſa eſſe reperiuntur.

Bulla prędicta incipit. Dominus noſter, ædit. Cal. Decem. 1539.

CAP. XXV.

Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 11. de refor. gen.

CLERICI omnes ſaltem ſemel in menſe, prima cuiuslibet menſis Dominica, diebuſque ſolemnibus ſacram Euchariſtiam ſacramentali confeſsione præmiſſa ſumant in ea Eccleſia, cuius ſeruitio aſcripti ſunt Diaconi verò, & Subdiaconi id non ſolum ſemel in menſe, diebuſque ſolemnibus, vt clerici pręſtabunt, ſed quoties Altari eos miniſtrare continget. Qui abſque neceſſaria cauſa id omiſerint, ſciant ſe ad vlteriores ordines non prius eſſe admittendos, quam reſipuerint. In parochialibus Eccleſiis parochi, in Cathedrali, qui Curæ præeſt, ſi Clerici, nec non Diaconi, & Subdiaconi, id ad præſcriptum præſtiterint fideliter in aliquo libello notabunt, quem diligenter cuſtodient, vt Nobis, quoties placuerit inſpiciendum exibeant.

Concil. Trid. ead. ſeſſ. c. 13.

CVM

Digitized by Google

CAP. XXVI.

CVM infirmo Sacramentum hoc domi erit miniſtrandum, curabit parochus, vt domus ipſa à ſordibus omnibus, fœtoribuſq; purgetur, vt res omnes profanæ præſertim è cubiculo infirmi amoueantur, & lectus, cubiculumq; ipſum iuxta perſonarũ qualitatem omni (qua par eſt) munditia ornetur, vtque menſa parua albiſsima mappa ſtrata cum Cruce ſeu pia aliqua Imagine, duabuſq; ad minus candelabris cum candelis accenſis paretur, ſuper qua Sacerdos reclinare poſsit pixidem, vbi ſanctiſsimum Corporis Chriſti Sacramentum reconditum eſt, quouſq; compleantur ea, quæ ad præparationem infirmi pertinent: Propterea, vel parochus ipſe (ſi tempus patiatur) infirmi domum prius accedat, vel alium mittat, qui prędicta opportunè diſponat, ob idque non ab re erit, ſi parochi aliquando intra Miſſam populo hæc ſignificent, vt vnuſquiſq; ſciat (cũ caſus euenerit) quid ſibi parandum ſit ad tantum hoſpitem dignè, quantum vniuſcuiuſq; conditio patiatur, domi ſuæ excipiendũ.

Sacerd. Rom. par. 1. tract. 4. Sacram. Euchar. part. 2. cap. 81.

CAP. XXVII.

VT qui in Parochia ſunt, & maximè Confratres, vbi ſodalitas Corporis Chriſti inſtituta eſt, ad ipſum ſanctiſsimum Sacramentum aſſociandum conueniant, parochi campanam maiorem ſuę Eccleſię certis diſtinctis ictibus cum aliquo temporis interuallo pulſari faciant, priuſquam ab Eccleſia, vnde ipſum Sacramentum ſumendum eſt egrediantur, quod veſperi pridie illius diei etiam, quò ipſum Sacramentũ miniſtrandũ eſt, facere nõ prętermittent.

Ex Bulla Pauli Tertij ſuper erect. Societatis Corporis Chriſti ſup. citata.

CAP. XXVIII.

POPVLO manè in Eccleſia congregato cereiſq; ſeu unalibus diſtributis, & accenſis Sacerdos ſuperpelliceo, ſtola, alba, & in Ciuitate, & Caſtris pluuiali etiam indutus Euchariſtiæ Sacramentum ex pixide illa, quæ in tabernaculo aſſeruatur, ſumat, illudq; in aliud vaſculum argen-

Zecchius, vbi ſup. c. 6. num. 24. in princ. Fuſc. de viſit. li. 1. c. 5. n. 10. Synod. Hilde

men. cap. 31. Concil. Auguſt. cap. 18. in fine. c. Sane de celeb. Miſſ. Sacerd. Rom. vbi ſup. Syn. Pro. Flo. c. 8. de Euch.

teum ad id potiſsimum paratum pixidis inſtar cum cooperculo eiuſdem materię recondat, curetq; vt ſemper in taberculo Sacramentum remaneat: Vaſculum illud velo ſerico oblongo, quod ab eius humeris dependeat, contegat, ipſumq; ſub decenti vmbella, (quā in ſingulis parochialibus Eccleſiis trium menſium ſpatio prouideri mandamus ſub arbitrij noſtri pœna) pluribus funalibus; ſeu cereis accenſis (vt ſupra) duabuſq; ſaltem lanternis præcedentibus, ne extinctis aliquando cereis valido flante vento Sacramentum lumine deſtituatur, ſumma religione, & pietate graui, & moderato inceſſu piè pſalmos, & hymnos recitando deferat, campanula, ſeu tintinnabulū ſemper paulò ante ipſum ſacramentum pulſetur, vt populus præmonitus in eius tranſitu genua ſummittens illud ſuppliciter, ac reuerenter adoret, pręceſq; ad Deum pro communicando fundat.

CAP. XXIX.

VAS decens & mundum cum aqua benedicta, & aſperſorio, pannum lineum ante infirmum, dum ei ſacra Hoſtia prębetur, ponendum, corporale etiam ſuper menſa illa ſternendum, vbi vaſculum Sacramenti collocandū erit, vas vitreum, ſeu ex alia materia decenti pro danda ablutione infirmo, Ritualeq; Sacramentorum parochus aſſumat, Clericumq; ſuperpelliceo indutum (vbi commodè fieri poteſt) qui prædicta deferat, ipſiq; Sacerdoti in miniſtranda Euchariſtia ægroto inſeruiat, ſecum ducat.

CAP. XXX.

Fuſc. vbi ſup. num. 10. Timot. lib. 2. tract. 4. c. 21. Conc. Auguſten. vbi ſup.

IN Ciuitate & Caſtris, alibi verò vbi ægrotus non longe ab Eccleſia diſtet, duæ particulæ, ſemper ſumātur, ſi vnus tantum infirmus communicandus ſit, ſin autem plures communicandi, tot deferantur particulæ, vt vna ſemper infirmis communicatis ſuperſit, quę eodem ad Eccleſiam ordine deportetur, quò ad infirmi domum proceſſum fuit: Ad Eccleſiam verò cum peruentum fuerit, Parochus eis, qui ſanctiſsimum Sacramentum aſſociauerint Indulgen-

tiam

Digitized by Google

tiam quadraginta dierum, quam Nos eis concedimus vltra Indulgentiam centum annorum à Paulo felic. rec. confratribus ſocietatis ſanctiſsimi Corporis Chriſti Sacramentum ad infirmos delatum aſſociantibus conceſſas, annunciet. Sin autem locum diſtans fuerit, & acceſſu difficilis, vel extra Ciuitatem, & Caſtra, ſeu Ciuitatis Burgos vnica tantum particula deferatur in vaſculo argenteo, quod claudi poſſiit, vt labente etiam aliquo caſu Sacerdote Sacramentum in terram cadere non poſsit, vaſq; illud in ſacculo ſerico recondatur, qui cordulas ſericas pariter habeat, quibus collo Sacerdotis deferentis appendi poſsit, qua ab ægroto ſumpta, Sacerdos ſtola, & ſuperpelliceo exutus cereis extinctis vmbella item depoſita, vaſculo occultato, ne illud ſic inane à populo adorari contingat, ad Eccleſiam reuertatur.

Ex Bulla ſupra citata.

CAP. XXXI.

PAROCHI cum aliqua legitima cauſa præpediti Sacramentum ad infirmos deferre non potuerint, id Sacerdoti committant, qui facultatem pœnitentium confeſſiones audiendi habeat, vt ipſe infirmum abſoluere valeat, ſi alicuius peccati ſibi conſcius eſſe videatur.

CAP. XXXII.

MARES à fœminis ſeiuncti ſanctiſsimum proſequantur ſacramentum, mares aperto, fœminæ verò velato capite, omnes tamen ea, qua decet pietate, religione, ac humilitate: vt verò populus eò frequenter accedat, ipſaq; ſanctiſsima Euchariſtia honeſto ſemper fidelium lumina gerentium comitatu ad ęgrotos deferatur, parochi ſæpè Indulgentiarum à Summis Pontificibus, & à Nobis elargitarum enuntiationibus, aliiſuè paternis cohortationibus vehementer ſtudeant, omniq; ſtudio curent populares ſuos inducere, vt ex vnaquaq; familia vnus ſaltem facibus accenſis ſacramentum ad domum infirmi aſſociet, & comitetur, ob idq; vt in vnaquaq; domo vnica ſaltem candela ad hunc vſum detineatur.

V 2 SACRA

Digitized by Google

CAP. XXXIII.

Nau. in Man. c. 20. nu. 53. Syl. ver. Euchar. 3. nu. 8.

SACRA ipſa Euchariſtia, nec noctu deferatur, nec ad infirmos illos, qui ieiuni non ſint, niſi adeò vrgens neceſsitas ingruat, vt maximum periculum abſque ea decedendi in mora conſiſtat.

CAP. XXXIIII.

AD nullum vnquam infirmum ſacra Euchariſtia adoranda, ſeu deoſculanda deferatur, cuius gradus, ordinis, aut conditionis ſit: Quod ſi vbi ad domum infirmi, qui eam ſumere poſſe credebatur peruentũ fuerit ob aliquem inopinatum repentinumuè caſum is eam percipere non poſsit; Sacerdos tunc ſi id infirmus exoptauerit, ſacramentum, aperto vaſculo, adorandum ei reuerenter oſtendat, indeq; poſtea receſſurus vaſculo clauſo infirmo benedicat.

CAP. XXXV.

Zecchius de Epiſcopis c. 6. num. 24. in princ.

SANCTISSIMVM Euchariſtiæ Sacramentum in proceſsionibus deferatur ſemper in tabernaculo oſtenſorio, nunquam in Calice, aut pixide; Tabernaculum verò ſit decens vitro perlucido circundatum, lunulamq; argenteam habeat, quę eiuſmodi ſit, vt commodè poſsit aperiri, indeq; fragmenta colligi, ſi quę fortè ibi remanſerint: Deferatur ſub Baldachino à Sacerdote induto ſuperpelliceo ſtola, pluuiali, ac velo ſerico ſuper pluuiali, quod ipſius humeros tegat, cruce præcedente, clero ſequente; & thuribulo præparato, quo iugiter ſanctiſsimum Sacramentum incenſetur cum multis funalibus, ſeu faculis accenſis populo deuotè, ac piè ſequente; Et quicquid veram deuotionem non excitat, aut non valet ad eam excitandam ad huiuſmodi, & aliis omnibus proceſsionibus remoueatur.

Conc. Auguſten. cap. 18. Cõc. Colon. ſub Adulpho circa fin.

Digitized by Google

CAP. XXXVI.

DIE feſto Corporis Chriſti, quò ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum in ſolemni proceſsione geſtatur, is pręsbiter eo ferendæ Euchariſtiæ officio fungatur, qui honore, & dignitate cæteris præſtat, niſi ex priuilegio, aut conſuetudine ad alium præsbiterum ea cura pertineat, quod etiam in Cathedrali noſtra ſeruari volumus, ſi aliquo legitimo impedimento præpediti id munus pro voto Nos exequi non potuerimus; Dieq; ipſa proceſsionis tempore nullus vir, ac mulier in feneſtris commoretur, ſed aut vnuſquiſque proceſsionem ſubſequatur, aut genuflexus ad portam domus ſanctiſsimam Euchariſtiam ſuppliciter, & reuerenter veneretur, & adoret.

DE POENITENTIÆ SAcramento. Rub. XXVII.

CAP. I.

PAROCHI omnes, aliiuè Sacerdotes curam, aut regimen animarum, quouis modo habentes quam maximè curent, vt Decretum illud Lateranenſis Concilij ſub Innoc. Tertio de confitendo ſemel ſaltem in anno ſupra titulo præcedenti cap. 4. relatum inuiolatè ab omnibus doli capacibus ſeruetur; Immò eos ſœpè hortentur, vt non ſolum ſemel in anno peccata ſua confiteantur, ſed ſingulis menſibus, vel ſaltem in maioribus Eccleſiæ ſolemnitatibus, idq; facere, nunquam prætermittant, [a] vel vbicumque mortis periculum imminet, vel vbi aliquam rem tractare aggrediuntur, cuius tractatio homini peccatis contaminato non conueniat, vel cum verentur, ne alicuius culpæ, quam admiſerint eos obliuio capiat, vtque hoc facilius aſſequantur [b] vberes huius ſacramenti

[a] Cathech. de Sacr. pę. n. 46. Syn. Senon. in Decretis morum cap. 11.
[b] De pœn. d.

menti fructus eis oſtendant,pariterq; ſignificent [c] pœnitentię Sacramentum lapſis poſt baptiſmum ita eſſe neceſſarium,ac non regeneratis neceſſarius eſt ipſe baptiſmus, neminemq; ſibi mortalis peccati conſcium abſq; confeſsione,ſi confeſſoris facultas non deſit, æternam vnquam conſequi vitam poſſe, inter aliaq; ipſorum auribus frequenter inculcent, ne de die in diem ad Deum conuerti differant, aut ſatisfactionis tempus in vitę ſuæ fine conſtituant, [d] quoniam & ſi pœnitentia tunc quoq; vtilis eſſe poſsit, [e] tamen quod valde dubia, & periculoſa ſit,non eſt ambigendum.

3.§.ſiue, & c. inter hęc diſt. 50. c. & purgabit in fin.c. quid eſt in fi. cum trib.ſeq. c. quia ſanctitas tua in fin. ead.diſtinct. [c] Conc.Trid. ſeſſ.6.cap.14. ſeſſ.14.c.1. & 5.& can.1. & 6. Cath.ibid.nu.21. & 44.de pen.diſt.1.a §.alij e contrario, vbi & gl.vſque in fi. [d] 26.q.6.c.ſi Pręsbiter ſeq. [e] Auguſt.in lib.50.de Homiliis hom.41.relatus in c.Siquis poſitus & in c. Siquis aût de pœn.{diſt.7. & idem Auguſt.in lib.de pœn.c.13.relatus in c.nullus ead.diſt.

CAP. II.

PROVINCIALIS Florentinæ Synodo inhærentes omnibus ſecularibus præsbiteris,qui parochialibus nō præſunt Eccleſiis, & quorumcumque ordinem etiam Mendicantium Regularibus,illis quoque,qui tacita fortaſſe permiſsione hactenus tolerati fuerunt, ſi qui ſunt, interdicimus,ne poſthac ſecularium etiam Sacerdotum confeſsiones audire quoquo modo audeant,vel prę ſumant,niſi prius à Nobis præuio diligenti examine ſcripto fuerint approbati; Quibus tamen omnibus non liceat à caſibus Nobis reſeruatis etiam ſi excommunicationem annexam non habeant,aliquem abſoluere niſi mortis periculum immineat, & tempus minimè patiatur, vt ad Nos vel veniant,vel mittant pro abſoluendi facultate obtinenda, ſub pœnis in notula caſuum, quos Nobis reſeruauimus impoſitis, atq; contentis, & aliis iuxta exceſſus, & perſonarum qualitatem, cum tranſgreſsio occurrerit,imponendis: à quibus nec minus eis liceat abſoluere vigore cuiuſcumq; ſocietatis, ſeu Confratrię quomodocumq; hactenus priuilegiatæ,niſi poſt Concilium Tridentinum confirmatio in ſpecie ſuper abſolutione huiuſmodi caſuum, & cenſurarum facta fuerit, aut nominatim alicui ſocietati talis facultas data ſimiliter à Sede Apoſtolica fuerit poſt Concilium, vt ſœpius ſacra Con-

Syn. Flor. de pœnit. diſt.1.

Concil. Trid. ſeſſ.23. c. 15. de refor.gen. Conſt. Pij V. incip. Romani Pont.ædit. 8.Id.Auguſti 1591. Cathech. vbi ſup. num. 16. Concil. Trid. de pœn. ſeſſ. 14. c.7.

Digitized by Google

gregatio Cardinalium, qui præpoſiti ſunt Decretis Concilij interprætandis, cenſuit: Quod ſi aliquis priuilegium ſe habere prætenderit eligendi Confeſſorem ad libitum, qui illum ab omnibus caſibus etiam Epiſcopis reſeruatis abſoluat, Confeſſor, ne decipiatur priuſquam ei abſolutionem impartiatur, priuilegium legat, perlegat, & examinet & ſecundum ipſius tenorem ſe gerat, in dubiis peritiores conſulendo.

Congr. Cōc. Archiep. Neapolit. die 10. Sept. 1572. & aliis Et ita Cōgr. Epiſc. reſpondit Vicario Leodij anno 1581.

CAP. III.

IN vnaquaque Eccleſia pro pœnitentium confeſsionibus audiendis tot confeſsionalia ad prę ſcriptum fabricata, vt ſupra decreuimus, habeantur, quot in ea fuerint confeſſarij, & vbi hactenus conſtituta non ſunt, infra duos menſes ad ſummum, ab iis (ad quos pertinet) conſtituantur ſub quinque aureorum pœna, nulluſque confeſſor à dicto tempore extra ea confeſsiones, pręſertim mulierum, puerorumque cuiuſque ętatis, gradus, aut conditionis ſint, audiat, ſub pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſsionibus, & aliis pœcuniariis arbitrio noſtro imponendis, & eò minus id facere prę ſumat in cellis, cubiculis, aut priuatis domibus, niſi aliqua vrgens neceſsitas aliud exigat, expoſtuletque ſub iiſdemmet, & maioribus pœnis.

Sup de Eccl. & Altar. c.4.

Syn. Flor. vbi ſup. c.3.

CAP. IIII.

IN confeſsionibus audiendis, temporis etiam ratio habeatur, ita vt Sacerdotes ſub graui arbitrij noſtri pœna poſt occaſum, & ante ortum ſolis mulierum confeſsiones non audiant, exceptis infirmis, quas in propriis tantum ædibus ipſarum mulierum audire, die, noctcque eis liceat. Quod in confeſsionibus quoque puerorum præſertim ſuſpectorum ſub eadem pœna ſeruabunt, vt bonus eorum odor ſeruetur.

Syn. Flor. vbi ſup.

CAP. V.

VT facilè omnes intelligant, qui Sacerdotes ad confeſsiones audiendas approbati ſint, ne in confeſſoris

electione

Digitized by Google

electione eos aliquo pacto errare contingat, & conſequenter confeſsionem iterare neceſſe habeant: ſtatuimus vt in vnaquaq; Eccleſia vbi plures confeſſores ſunt, eorum nomina deſcribantur in tabella, quæ in loco ipſius Eccleſiæ affigatur, vt facilè ab omnibus conſpiciatur: Qui negligentes in affigenda tabella fuerint grauiter à Nobis punietur.

CAP. VI.

CONFESSARII omnes ſeculares abſq; ſuperpelliceo, ſtola, præsbiteraliq; bireto eorum ſtatui conueniente nullius confeſsiones audire præſumant, etiam ſi in priuatis domibus ad infirmorum confeſsiones audiendas euocentur, ſi id commodè fieri poſsit, tempuſq; patiatur: Quod ab iis quoque Regularibus, qui animarum curæ præſunt, ſeruari omninò ſub arbitraria pœna mandamus.

CAP. VII.

FOEMINARVM, puerorumq; confeſsiones quam citiſsimè expedire curent, nec diutius quam oporteat eos, ſeu eas in confeſsionale detineāt: Fœminas nunquam, niſi velato capite, obtecto pectore, modeſtoq; habitu ſint, audiant: Mares verò niſi arma, criſtatoſque galeros deponant, ad confeſsionem pariter non admittant.

CAP. VIII.

Sup. de Sacr. cap. 2. Synod. Auguſten. num. 19. circa fin.

CVM Confeſſores nil pro huius Sacramenti, ſicuti neque pro cœterorum adminiſtratione (vt diximus) requirere, aut exigere debeant, vt non modo ſymoniam, ſed omnem etiam cupiditatis ſuſpicionem effugiant, caueant propterea confeſſores ipſi, ne aliquid petant ab iis, qui ſibi confitentur, & ne pecuniarias ſatisfactiones, quas pœnitentias vocant, non niſi ex grauiſsima, & neceſſaria cauſa imponant, eaſque nunquam ſibi, vel Eccleſię ſuæ, etiam ſi in Miſſæ ſacro quid erogandum ſit, attribuant, nec onus eas diſtribuendi ſumant, cœteraque vitent, quæ pœnitentibus ſcandalo,

Digitized by Google

ſcandalo, ſeu offenſioni eſſe poſsint, alioquin iuxta prouincialis Florentinæ Synodi conſtitutionem arbitrio noſtro pro commiſsi qualitate plectentur. Si quid tamen à quopiam ſponte eleemoſinæ fuerit oblatum, ſeu in Confeſsionale relictum recipere poterunt, licet laudabilius eſſet illud quoque reſpuere; Caueant nihilominus, ne quod datum fuerit in aperto loco retineant, ne alios ad eleemoſinam dandam inuitare videantur.

Syn. Flor. vbi ſup. cap. fin.

CAP. VIIII.

ET ſi omnis vtriuſque ſexus doli capax omnia ſua peccata proprio Sacerdote ſemel ſaltem in anno fideliter confiteri teneatur, tamen, cum qui fratribus licentiam generalem audiendi confeſsiones habentibus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quã ſi ea alias confeſsi fuiſſent eorum proprio Sacerdoti, propterea ad tollendos cõſcientiarum ſcrupulos, & ad aliquas ſedandas diſſenſiones, quæ inter parochos huiuſmodi ex cauſa exoriri ſolent aliquando, præſenti conſtitutione ſtatuimus, eos etiam habendos eſſe, ac ſi ſua peccata eorum proprio Sacerdoti confeſsi eſſent, qui ipſa Sacerdoti ſeculari à Nobis approbato confeſsi fuerint: Præcipimus tamen Confeſſoribus tàm ſecularibus, quàm regularibus, qui curæ animarum non præſunt, vt cum ad audiendas infirmorum confeſsiones vocantur, quàm primùm proprio ipſorum infirmorum parocho ægritudinem denuncient, & de confeſsione facta eidem fidem faciant, vt ipſe etiam pro muneris, & officij ſui ratione iis, ad quę tenetur, opportuno tempore ſatisfacere poſsit, quod ab iis quoque curatis ſeruabitur, qui ad alienorum confeſsiones audiendas euocabuntur.

cap. Omnis de pęn. & remiſſ. c. Vas electionis de hæret. in extr. com. Congr. Epiſcoporum Vicario Crem. 3. Apr. 1584. & Epiſc. Foroliu. 10. Apr. 1584. & aliis. Cong. Conc. Epiſcopo Lucano 4. Febr. 1586.

CAP. X.

CVM ætas, qua pueri confeſsionis lege aſtricti ſunt, certo aliquo annorum numero definita non ſit, ſciãt, parochi ab eo tempore confeſsionem pueris indictam eſſe,

Cathech. vbi ſup. num. 45.

Digitized by Google

cum inter bonum, & malum diſcernendi vim habent, in eorumq; mentem dolus cadere poteſt; Laudabile tamen erit eos inducere, vt ſæpe etiã ante diſcretionis annos ad Confeſſorum pedes accedant, vt confiteri aſſueſcant, tuncq; caueant confeſſores, ne plures pueros ſimul, & coniunctim audiant, vt à pleriſq; fieri ſolet aliquando, cum Sacramento iniuriam faciant, qui eo ad riſum & iocum, abutantur.

CAP. XI.

PAROCHI omnes tam Seculares, quam Regulares caueant, ne iis temporibus, quibus confeſsiones frequentiores eſſe ſolent præcipuè per quatuor dies ante Domini Natiuitatẽ, & per duos ſaltem ante Pentecoſtem, ante Beatæ Virginis Aſſumptionem, omniumque Sanctorum ſolemnitatem, perq; triduum ante Iubileum pro tempore concedendum nec non à Dominica Paſsionis vſq; ad octauam die Paſchæ à parochiis abſint, munuſq; illud audiendę confeſsionis prætermittant, aut vllo modo differant, ſed aſsiduè in iis aſsiſtant, in Eccleſiis ipſis pœnitentes expectent, nullumq; ſibi etiam die Paſchatis Reſurrectionis ad audiendas confeſsiones, ſeu reconciliationes adiungant, qui à Nobis ſcripto approbatus non fuerit: Quod ſi quis aliquo modo attentare pręſumpſerit 25. ſcutorum pœnam, & ſuſpenſionis per menſem ab officio eo ipſo incurrat.

CAP. XII.

SACERDOTES dum ſacerdotalibus veſtibus pro celebrando Miſſę ſacro induti ſunt nullius confeſsiones audiant, ipſi verò ſua peccata antequam huiuſmodi veſtibus induantur confiteri curent, non publicè in Eccleſia coram ſecularibus, ſed in Sacriſtia, Choro, vel alibi dum modo ab ipſis conſpici nequeant, ſcandaliʒantur enim ſæpe ſeculares, ſi diu Sacerdotes ante confeſſarij pedes genuflexos immorari vident.

SPIRI-

Digitized by Google

CAP. XIII.

SPIRITVALIVM filiarum familiaritates euitent confeſſarij, ad earumq; domos, niſi aliqua neceſsitate vrgente non accedant, extraq; confeſsionem rarò cum eis colloquantur, experientia enim apertiſsimè docet quotuè murmurationes, detractiones, & ſcandala inde orta ſint.

CAP. XIIII.

NEMINEM, qui ſantiſsimæ Crucis ſignum ſibi facere neſciat, & qui Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Apoſtolorum Symbolum, Decalogum & Eccleſiæ præcepta ignoret, poſt Paſcha Nobis in conſultis ad Confeſsionem niſi in neceſsitate admittant.

Conc. Colon. ſub Hermāno de admin. ſacram. cap. 10.

Burch. lib. 2. cap. 62. Concil. Rem. circa princ. Concil. Flor. de ſacr. pœn.

CAP. XV.

NE Confeſſarij tàm ſeculares, quàm regulares in alienam meſſem falcem imprudenter immittant caſus omnes Summo Pontifici quauis ratione reſeruatos, & præſertim tranſumptum Bullæ, ſolitæ legi in Cœna Domini, & illos etiam, quos Nobis reſeruare placuerit ſcriptos penès ſe habeant, eoſque vnà cum caſibus contentis in ipſo Bullæ tranſumpto parochi ter, vel quater in anno in ſuis Eccleſiis inter Miſſam diebus tamen feſtis populo ſolemniter vulgari lingua publicabunt, diſtinctèq; & apertè declarabunt, vt inde facilius, & accuratius ab ipſorum caſuum tranſgreſſione, & incurſu cauere valeat, propterea quotannis confeſſores omnes ante initium Quadrageſimæ certiores fieri ſtudeant, an aliquem caſum addere, detrahere, ſeu immutare Nobis viſū fuerit ex iis, quos ſuperiori reſeruauimus anno.

Fuſc. lib. 1. c. 3. num. 39. & 45.

CAP. XVI.

CONFESSARII omnes tàm ſeculares, quàm regulares in Sacramentali abſolutione infraſcriptam formam de cœterò ſeruent.

FORMVLA ABSOLVTIONIS COMMVNITER *ab omnibus Confeſſoribus adhibenda.*

SACERDOS poſtquam dixerit. Miſereatur tui omnipotens Deus &c. Indulgentiam &c. extendens manum de more ſuper caput Confitentis dicat.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate ipſius te abſoluo ab omni vinculo excommunicationis minoris, ſi quæ teneris, deinde Abſoluo te à peccatis tuis in nomine Patris, & ✠ Filii & Spiritus Sancti. Amen.

Poſtea ſublata manu à capite confitentis dicat.

Paſſio Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum tuorum, augumentum gratię & premium vitæ æternæ. Amen. Vade in pace, & noli amplius peccare.

CAP. XVII.

Concil Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. in fin.

PAROCHI ſæpe cohortentur, & moneant fideles, ne confeſsionem, quæ Quadrageſimali tempore fieri debet ad hebdomadam ſanctam differant, alioquin qui ſemel tantum in anno parum ſalutis propriæ memores confiteri ſolent, niſi quotannis ante Dominicam Palmarum confeſſi fuerint ad confeſsionem non admittantur, niſi poſt octauam Paſchæ; alii verò nec poſt feriã quartã ipſius hebdomadæ; ſed Confeſſarij tunc temporis diuinis dumtaxat officiis, & reconciliationibus vacent ſub 25. librarum pœna.

CAP. XVIII.

c. Pœnitentē 26. q. 7. c. 1. §. quibus cognitis de pę. d. 6. Thom. & alij in 4. diſt. 17. vt refert Na-

CONFESSARIVS pœnitentem auditurus piè ante Deum oret, vt ſibi opem ferat in tanto munere exequendo, pœnitentemq; ipſum hylari grauitate, & pio affectu ſuſcipiat, & talem ſe illi oſtendat, qualem eſſe oportet, nempè dulcem, affabilem, ſuauem, prudentem, diſcretum, mitem, pium, atque benignum, ipſumq; animet ad ſua vulnera

nera detegenda, & ad ſpem de ipſorum vulnerum conci- piendam illaq; ſemper præcatiuncula vtatur. Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, vt dignè, & competenter confitearis peccata tua in nomine Patris, & ✠ Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

uar. in Man c. 10. nu. 2. & in d. §. quibus cognitis n. 1.

CAP. XIX.

ET cum Confeſſarius Iudicis, & Medici partes ſuſcipiant, vt pro morborum, ac exceſſuum qualitate medicinam temperare, conſilium pœnitenti prębere, remedium adhibere, & pœnam irrogare valeat, & pœnitentis circumſtantias; & peccati requirat.

Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & can 9. Concil. Flor. de Sacr. pœn. Conc. Colon. ſub Hennāno

de admin. ſacram. cap. 35. c. Oīs d pęn. & remiſſ. § Sacerdos cum ſimilibus

CAP. XX.

HAS, & ſimiles ſemper pręmittat interrogationes, quas facilè erit depromere ex ſummiſtis, & præſertim ex Angelo Clauas: in ſumma in ver. interrogationes, qui diſtinctè, & ordinatè eas recitat.

In primis exquirat a pœnitente (ſi ipſi notus non ſit, cuius ordinis, conditionis, ſtatus, & ætatis exiſtat, vt quod expedit poſsit illum rectius interrogare.

Item quamdiu ſit ex quò peccata non fuerit confeſſus.

An verè pœnitens ſit, & mutandi vitam firmum propoſitum habeat, deliberaueritque in poſterum tam peccata, quàm peccandi occaſiones euitare.

An conſcientiam diſcuſſerit, & diligenter peccata ſua præmeditatus fuerit.

An pœnitentię aliàs iniunctæ ſatisfecerit.

An aliquas exerceat inimicitias.

An aliquod peccatū mortale ex ꝓpoſito āteà reticuerit.

An aliqua cenſura, vel caſu reſeruato irretitus ſit, quò caſu, licet Confeſſor poſsit confeſsionem expedire, & à quibus poteſt pœnitentem abſoluere, & pro caſibus reſeruatis ipſum ad ſuperiorem remittere, potior tamen via eſt, vt antequam vltra interroget, & ad ſuperiorem pro abſolutione remittat.

An

Digitized by Google

An aliquo detineatur impedimento, cuius gratia ipſum non debeat abſoluere, quale eſt, Habere concubinam, quam nolit domo eiicere, quale eſt, Eſſe vſurarium, & nolle ab vſuris deſiſtere, & huiuſmodi.

An aliquod votum fecerit, quod non impleuerit.

An ex animo doleat de omnibus peccatis.

An demum velit ſe in omnibus ſubiicere clauibus Sanctæ Matris Eccleſię, & illis pręceptis obtemperare.

CAP. XXI.

Nauar. in Manua. vbi ſup. num. 5.

HIS aut ſimilibus præmiſsis interrogationibus curet confeſſarius, vt pœnitens ex ſe, quæ peccata meminerit confiteatur, quęuè ad confitendum recogitarit, & de quibus eius conſcientia magis ſtimulatur, & ſi ea niſi inordinatè, & confuſè recitare ignoret, ex hoc enim confeſsio magis ſpontanea videtur, quę ſine interrogatione fit, & docetur confeſſor, quas partes debeat interrogãdo attingere.

CAP. XXII.

Cathech. vbi ſup. num. 60. Nauar. vbi ſup.

MONEANT parochi, & confeſſores pœnitentes, ne ſcelera ſua excuſatione aliqua, vel defendere, vel minora facere velint, cum hoc elati animi, & hominis peccati ſui magnitudinem, vel deſpicientis, vel planè ignorantis ſignum ſit: ſed vt ea explicent imputando culpam ſibi ſoli, vel potius, & principalius, quàm cælo, dœmoni, mundo, carni, ſodalibus, complexioni naturali, & ſimilibus, & alia omnia ex ſummiſtis, & catechiſmo doceant, quæ ad legitimam confeſsionem faciendam neceſſaria eſſe videntur.

CAP. XXIII.

Nau. vbi ſup. num. 6.

CVM interconfitendum aliquod graue, vel turpe peccatum à pœnitente audierint nulla ſigna admirationis, abominationis, aut pauoris oſtendant, veluti ſpuendo, ſe cruce ſignando, vel ſe ipſos commouendo, vt aliqui faciunt, ne pænitentem ipſum ab aliis ſimilibus, vel maiori-

bus

Digitized by Google

bus peccatis detegendis deterreant, ſed ac ſi nihil audierint vſque ad finem confeſsionis diſsimulent, ad quem cum peruentum fuerit, ita ſeuerè delicta & peccata exprobrent, vt ipſorum grauitas appareat, & turpitudo.

CAP. XXIIII.

CAVEANT confeſſores, vt res dumtaxat neceſſarias, & opportunas percontentur, de inuſitatis autem criminibus, & quæ perditiſsimi homines inuenerunt, non quærant, vel ſi forſan de his etiam quęrere videatur, id generatim, & elonginquo, aut veluti aliud agendo, & per quandam circunlocutionem faciant, vt ſi pœnitens illa commiſerit, proferat, ſin autem, ea non ediſcat: In examinandis verò conſcientiis puerorum, puellarum, rudium, & ſimplicium præcipue quò ad peccata carnalia ita prudenter ſe gerant, ne nouæ cupiditatis, aut criminis antea non tentati occaſionem præbeant.

Syn. Mogunt. cap. 29.

CAP. XXV.

CONFESSARII, ſi aliquem ad famæ, vel pæcuniæ, vel alius rei reſtitutionem teneri repererint, à peccatis non abſoluant, niſi prius, quæ cuiuſq; fuerint, reſtituere polliceatur, quod ſi in confeſsione præcedenti à Confeſſario reſtituere iuſſus, id facere prætermiſit, & facultas ei nec defuerit, nec deſit reſtituendi, nullatenus abſoluatur, etiã quod ſtatim ſe reſtituturum promittat niſi plena reſtitutio ne ſecuta, exceptis iis, qui periculoſo morbo laborant, quibus abſolutio erit impertienda, ſi cum primum eis ſe facultas obtulerit reſtituere teſtentur, atque promittant.

c. Peccatum de reg. Iur. in 6. c. 14. q. 6. c. cũ tu de vſur. Syn. Mogunt. cap. 30. Cathech. vbi ſup. num. 79. Nau. in Man. c. 17. nu. 49 & ſummiſtę per eum citati, & alij omnes.

CAP. XXVI.

ET quia interdum in falſi teſtis manu eſt, vt non ſolum facultatibus homines, ſed etiam exiſtimatione, ac vita ſpolientur: Idcircò neminem abſoluant, qui falſum in Iudicio in damnum proximi dixerit teſtimonium, niſi facta

Thom. recep. 2. ſec. q. 70. art. 4.

prius

prius debita, & damni dati, quatenus tamen id ſarciri poſſit, & violatę exiſtimationis ſatisfactione.

CAP. XXVII.

c. Cum tu. c. conſuluit. c. quia fruſtra, & ferè per tot. tit. de vſur. c. quamquam eod. tit. in 6. Syn. Mogunt. cap. 30.

IN examinandis conſcientiis fœneratorum, & eorum, qui iniquos; illicitos, & palliatos contractus exercent, omnem adhibent diligentiam, nec quemquam in his caſibus abſoluant, niſi debita reſtitutio, aut ſatisfactio ex canonum præſcripto prius intercedat.

CAP. XXVIII.

Concil. Trid. ſeſ. 14. cap. 8. Conc. Conſt. 3. cap. 102. c. 3. & c. Deus qui de pęn. & remiſſ. c. de iis, & c. alligant, & q. 26. c. ſicut in prin. de homic. c. conſideret de pœn. d. 5. cum ſimilib. Côc. Vorm. c. 25. Syn. Mogunt. cap. 30. Videatur Nauar. in Man. c. 26. nu. 18. cũ plurib. pręced. & ſeq. Nauar. ibid. nu. 19. & 22.

CVRENT confeſſores pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate (quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit) ſalutares & conuenientes ſatisfactiones iniungere, ne ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſsima quædam opera pro grauiſsimis delictis iniungendo alienorum peccatorum participes efficiantur: In quibus tamen ſatisfactionibus, & pœnitentiis iniungendis non tantum qualitatem exceſſuum, quàm pœnitentis contritionem ætatem, & poſsibilitatem attendant, & ponderent, ita tamen (vt quò ad fieri poteſt) ſemper pœnitentium peccata, & vitia contrariis remediis compenſentur, nempè vt auaris eleemoſinæ, incontinentibus ieiunia pro ſatisfactione imponantur, hac præſertim lege, vt alij ad peccatorum cognitionem per huiuſmodi pœnitentias nullatenus venire valeant, pęnitentiæ que ipſæ ante abſolutionem iniungantur: doceanturq; tûc pœnitentes, vt libentius pœnitentiam ſibi imponendam acceptent, & exactius eam perficere curent, quam grandis eſſet iniungenda, nam antiquitus ſeptem annorum pœnitentiam pro vnoquoque maximo peccato mortali facere ſoliti erant, iudicantes tàm longam pœnam tàm magnæ offenſæ purgandæ adhiberi oportere.

CAP. XXIX.

QVANDO ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit vndè alios ſcan-

dalo

dalo offenſos commotoſq; fuiſſe non ſit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniungi oportet, vt à Sancta Tridentina Synodo præcipirur, propterea confeſſores in iuſſu noſtro illud publicè pœnitentię genus in aliud ſecretum non commutent, & pro occulto peccato manifeſtam pęnitentiam vnquam iniungant. c.1.de pęn.& rem.c. ſi peccauerit 2.q.1. Conc.Colon. ſub Hermanno de admin. ſacram. c.38. Conc. Tr.ſeſ. 24.c.8.de ref.

CAP. XXX.

POST abſolutionem doceant rudiores, vt impoſitam pęnitentiam in charitate perficiant, quamquam ſi aliter fiat, nec nouum peccatum committatur, nec ſatisfactio perſoluta neceſſario ſit repetenda, omneſq; moneant, vt fugiant occaſiones peccandi, & vitam ſic inſtituant, ne in vllum læthale crimen de cætero incidant, vſque cum affectum habentes credant per Dei miſericordiam virtute ſanguinis Chriſti per abſolutionem impertitam in verbo eius, ſibi remiſſa fuiſſe peccata. Nau. in Man. c.3.nu.5.& in c. 1. in princ. de pœn. d. 6. vbi de cõmuni gl.in §.vlt. in ver. vtilis de pœn.d.3. Conc.Colon. ſub Hermãno de admin. ſacram.cap.31

CAP. XXXI.

DOCEANT præterea pęnitentes omnes (vt æquo animo mala huius vitæ perferre inducantur) tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolum pęnis pro vindicando peccato à Nobis ſponte ſuſceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro mẽſura delicti impoſitis, ſed etiam (quod maximum amoris argumentum eſt) temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à Nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus. Ex Conc.Tr. ſeſſ.cap.9.

CAP. XXXII.

CAVEANT omnino Confeſſores, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus peccatores prodeant, & ſi caſus aliquis, ſeu difficilis occurrerit, ſuper quo alieno conſilio indigeant, caſum illum ſine vlla directa, vel indirecta auctoris mentione ad peritiorem cum maxima cautela referant, vel ex ſummiſtis, & Canonibus ipſi requi- cap.Omnis §. caueat de pę. & rem. c. Sacerdos de pę. diſt. 3. Cathech. vbi ſup. num.60. Syn.Mog.c.29

Digitized by Google

d. c. Omnis, vbi ſup. Syn. Flor. vbi ſup. c. 6.

rant: Quod ſi quis aliquo modo contrarium facere præſumpſerit, non ſolum ſacerdotali officio erit deponendus, verum quoque ad perpetuam pęnitentiam agendam in arctum erit monaſterium detrudendus, & pęnis arbitrio noſtro plectendus. In reliquis autem ad hoc pęnitentiæ ſacramentum ſpectantibus ita prudenter ſe gerant, vt munus parteſq; ſuas egregiè perſoluant, quod facilè aſſequentur, ſi ſummarum, Canonumq; ſtudio, & lectioni (vt par eſt) frequenter vacabunt, minuſque ocio, rebuſque inanibus indulgebunt.

DE EXTREMA VNCTIONE. Rubric. XXVIII.

CAP. I.

1. Pet. 5. c. 8. Gen. 3. c. 15. Cathech. de extr. vnction. num. 15. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de extre. vnctio. in proemio.

Cathec. ibid. num. 5.

CVM calcaneo noſtro ſerpens callidiſsimus inſidietur maximè, neq; vllo tempore nos oppugnet grauius, quàm cum ex hac vita migrandum eſt, Clemẽtiſsimus Redemptor noſter quemadmodum auxilia maxima in aliis Sacramentis pręparauit quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros (dum viuerent) ab omni grauiore ſpiritus incommodo poſſent, ita finem vitę humanę extremæ vnctionis Sacramento tanquam firmiſsimo quodam præſidio muniuit: Quod quidem, & ſi per plures vnctiones miniſtretur, vnum tamen Sacramentum eſt à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & eſt nõ modo pœnitentię, ſed etiam totius chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet conſummatiuum.

CAP. II.

Cõc. vbi ſup. c. 1. & 2.

CVM igitur extrema vnctio ſit verè, & propriè Eccleſiæ Sacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutũ doceant ſœpe Parochi ipſum quoque non ponentibus obi-

cem

Digitized by Google

cem, Spiritus Sancti gratiam conferre, quæ delicta, ſi quæ adhuc ſint expianda, venialia, videlicet remittit, & cæteras omnes peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat, atq; confirmat, corporiſq; ſanitatem interdum (vbi ſaluti animę expedierit, reſtituit.

Cathech. vbi ſup. num. 14. Iac. 5. c. 15. Syn. Mogunt. cap. 34.

CAP. III.

PAROCHI ad huius Sacramenti adminiſtrationem accerſiti eant cito, & libenter etiam nocturno tempore, cum diutius æquo differre valde periculoſum ſit, cumq; ad infirmos peruenerint diligenter eos conſolentur, & hortentur, vt bono animo ſint, & à curis, ac deſideriis huius vitę ad cœleſtis beatitudinis cogitationem ita erigant, vt abiecto mortis metu, ſe à Deo in æternam requiem euocari gaudeant, ipſiſq; ægrotis Parochi ſuadere ſtudeant, vt eã fide ſe vngendos præbeant, qua olim qui ab Apoſtolis ſanandi erant, ſe ipſos offerre conſueuerant, vtque in primis animæ ſalutem, deinde corporis valetudinem cum illa adiunctione, ſi ea ad æternam gloriam profutura ſit expetant, & ſe ipſos ad bene moriendum diſponant.

Sup. de Parochis, cap. 7. Conc. Oxonien. c. 6. Synod. Auguſten. cap. 20. Conc. Colon. ſub Hermãno de admin. ſacram. cap. 50.

Cathech. vbi ſup. num. 12.

CAP. IIII.

AD ipſum verò infirmum diſponendum vt bene in Domino moriatur illis documentis vti poterunt, quę in Rituali illo Sacramentorum, quod ab vno quoque Parocho prouideri mandauimus habentur.

CAP. V.

AD ipſum infirmum vngendum, non quiuis Sacerdos, ſed proprius Parochus, vel alius, qui eius vices gerat, & periculo mortis inſtante, & proprio Parocho vel impedito, vel in mora exiſtente, quilibet etiam alius Sacerdos ad curam animarum approbatus, ſi adſit, aliàs etiam non approbatus accedat ſuperpelliceo & ſtola indutus, clerico (vbi commode haberi poſsit) Crucem abſque haſta, & vaſculum

Sup. de Parochi. c. 16. cum ibi notat.

Sacerd. Rom. par. 1. tract. 5. de Sacr. extr. vnct. cap. 9.

vaſculum cum aqua benedicta, & aſperſorio geſtante, præcedente. Vaſq; ipſum Olei infirmorum non in ſinu, nec ſub brachio, ſed in manibus portet Parochus in arcula incluſo in ſacculo ſerico, quæ funiculos ſericos adeò longos habeat, vt collo Sacerdotis, ſi oportuerit, appendi commodè poſsit: interimq; dum ad domum infirmi Sacerdos, & Clericus progrediuntur, pſalmum Miſerere, vel alias pias præces ad libitum recitent, & eodem ordine poſt ipſius Sacramenti adminiſtrationem ad Eccleſiam reuertantur.

CAP. VI.

Cathech. vbi ſup. num. 9.

SCIANT Parochi, quod licet hoc Sacramentum ad omnes pertineat, iis tamen conferendum non eſt, qui ſano & firmo corpore ſunt, tam & ſi vitæ periculum immineat, vel quia periculoſam nauigationem, vel quia præliũ inituri ſunt, nec iis qui capite damnati ad ſupplicium rapiuntur, nec iis, qui vſu rationis carent, nec pueris, qui nulla peccata admittunt, nec mulieribus in partu laborantibus, nec perpetuò amentibus & furioſis, ſed * ſenio confectis abſque alia infirmitate decedentibus, & infirmis, illis preſertim, qui adeò periculoſè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur, dum tamen quid agant, intelligant, & ſenſu quantum fieri poteſt integro exiſtant, & iuxta Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem Deo per Sacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ reconciliati fuerint. Illis tamen exceptis, qui graui aliquo, & repentino morbo correpti confiteri, ſacramq; Euchariſtiam ſumere nequiuerint, ſigna autem contritionis, vel pium aliquem ad Sacramenta affectum ante ſenſuum amiſsionem oſtenderint, & in Sacramento anni illius Paſchate cõfeſsi Euchariſtiã ſumpſerint.

* Nauãr. 1 Manu. c. 22. n. 14. Syl. in verbo nu. 5. in prin. Conc. Trid. vbi ſup. c. 3.

Cathech. vbi ſup. num. 12.

CAP. VII.

Cathech. vbi ſup. num. 10.

SCIANT preterea Parochi non omnes partes infirmi vngendas eſſe, ſed eas tantum, quas veluti ſenſum inſtrumenta homini natura attribuit, Oculi, Nares, Os, Manus, Renes, Pedes, & Aures; Caueant tamen dum oculos,

aures,

Digitized by Google

aures, àliaque membra duplicia inungunt, ne in altero ipſorum inungendo Sacramenti formam prius abſoluant quàm vtrumq; membrum perunxerint.

CAP. VIII.

MANVS, quæ aliis infirmis interius vngi debent, Sacerdoti infirmo exterius inungantur, cum interius in Sacramento ordinis inunctæ fuerint. Vnctio renum, cum non ſit de ſubſtantia, in Mulieribus honeſtatis gratia omittatur; In viris ſi commodè adhiberi non poſsit vel omittatur, vel eorum loco, pectus circa regionem cordis ſacro oleo liniatur. Quod ſi aliqua pars ægroto deerit ex iis quę vngi ſolent, pars illi propinquior inungatur, & ſe in ipſa vnctione expirauerit, deſiſtat Parochus vngere, Et vbi dubium ſit, An infirmus viuat vel nẽ, hac conditione pręberi poterit vnctio videlicet, Si viuus es per iſtam ſanctam vnctionem &c. Et vbi Parochus ad vngendum infirmum accerſitus ipſum in extremis laborantem reperiat, illum vngere curet antequam moriatur, & poſtea pręces ſuppleat & pſalmos.

Nau. in Man. c. 22. nu. 13. Armill. ver. Vnctio. n. 7. Syl. verb. Vnctio n. 5. in fi. Arch. Palud. & alij.

CAP. VIIII.

IN vna eademq; ęgrotatione ſemel tantum perungatur ægrotus, quod ſi conualuerit, cum hoc Sacramentum characterem non imprimat, iterum huius Sacramenti ſubſidio iuuari poterit, cum in aliud vitæ diſcrimen inciderit.

Cathech. vbi ſup. num. 11. Conc. Tr. vbi ſup. eod. c. 3.

CAP. X.

IN huius Sacramenti adminiſtratione ea forma vtantur Parochi, quæ in Rituali Sacramentorum pręſcribitur, aduertantque, vt prolatio verborum videlicet Per iſtam ſanctã vnctionem &c. & vnctio ipſa ſint contemporanea, id enim requiritur ad ipſius Sacramenti validitatem; ex ipſiusq; ritualis præſcriptio adſtantes moneant, cohortenturque vt ægrotum apud Deum ſuis præcibus adiuuent.

Nau. vbi ſup. num. 12. Arm. vbi ſup. n. 7. in fine. Sylu. vbi ſup. q. 7. Pet. de Pal. in 4. ſent. & alij omnes.

Rituale ſub rubr. de extr. Vnct. ſacr. Syn. Auguſt. cap. 20. Cath. vbi ſup. n. 7.

PRAE-

CAP. XI.

PRAECIBVS, ac orationibus abſolutis Parochus digitos ſuos bombice, aut ſtuppa abſtergat, indeq; eos medulla panis fricet, & aqua diligenter abluat, aquamque ipſam in ſacrariū, vbi id fieri poterit, alias in ignem proiiciat, bombicem verò, ſeu ſtuppam, qua inuncta corporis ægroti loca, digitoſq; ſuos abſterſerit in arcula ſeu ſacculo, in quibus vas ſacri Olei incluſum geſtatur, reponat, ad ipſamq; Eccleſiam referat, comburat, cinereſque in ſacrarium proiiciat, neque vnquam permittant, vt laici ſacra olea, vel ſacra vaſa tangant, aut infirmos in locis vnctis abſtergant.

c. Non oportet cum ſeq. diſt. 24.

CAP. XII.

Sac. Rom. p. 1. tract. 5. de annexis; & concomitantibus hoc Sacram. cap. 12.

PAROCHVS poſtquam extremam vnctionem ęgroto præbuerit, cum etiam non vocatus, ſæpe inuiſat, cumque neceſſarium eſſe iudicauerit, animæ commendationem cum omni pietate, & ſolicitudine ſuperpelliceo & ſtola indutus faciat, preces & pſalmos de more recitando.

CAP. XIII.

CVM in rure ſacrum Euchariſtię Sacramentum ad ægrotum, qui domum longius à parochiali Eccleſia diſtantem habet, deferendum erit, poterit Parochus infirmorum Oleum quoque ſecum deferre, vt ſi poſt communionem forte morbus ingraueſcat, inungatur ægrotus.

Digitized by Google

DE SACRAMENTO ORDI-dinis. Rub. XXIX.

CAP. I.

CVM in ordinibus quibuſcumque conferendis [a] Sacri Tridentini Concilii, [b] & ſacrorum Canonum decreta, nec non [c] Sixti Quinti conſtitutionem æditam Non: Ianuarij 1588. contra Clericos male promotos tàm quo ad temporum interſtitia, quàm quo ad ordinandorum genus, natali, perſonam, ætatem inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem, exactè obſeruare velimus, admodum expediens eſſe duximus, omnia hic ordinatim ponere, quæ in ordinandis de cętero deſideramus, vt qui ad aliquem ordinem promoueri à Nobis poſt hac exoptauerint, facilè intelligant, quib⁹ qualitatib⁹, cõditionibuſue prædìti eſſe debeãt, vt res eis pro voto ſuccedat.

[a] Seſſ. 23. de reſor. gen. per totum.
[b] Extra de temp. ordin. in ant. & eod. tit. in 6. p tot. 24. 25. 70 71. 72. diſt. & in multis aliis.
[c] Conſt. illa incip. ſãctum & ſalutare.

CAP. II.

AD primam tonſuram ij tantum promouebuntur, qui legitimis orti natalibus, confirmationis Sacramentum ſuſceperint, legere, & ſcribere competenter nouerint, decimum eorum ętatis annum ſaltem exceſſerint, rudimenta fidei, doctrinamq; Chriſtianam edocti fuerint, vita & moribus idoneos ſe oſtenderint, veſtem talarem, ſeu quæ vſque ad mediam ſuram, vel tibiam deſcendat, ſuperpelliceum, & clericale biretum habuerint, vel ſaltem, priuſquam ipſa prima initientur tonſura, hæc omnia intra menſem ad ſummum prouidere promiſerint, & idoneum fideiuſſorem præſtiterint, & de quibus probabilis coniectura non ſit, eos nõ ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent hoc vitę genus elegiſſe.

Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. 5.

QVI

CAP. III.

QVI ad minores ordines promoueri deſiderabunt in habitu & tonſura ſe præſentabunt, ſcriptaſque literas & obſignatas afferẽt eorum Parochi, & Magiſtri scholę, in qua educantur, quod literis operam dent, in illiſque proficiant, quodue bonis moribus ſint prædìti, bonorumque conuerſationes ſequantur, habeantque pariter teſtimoniũ Rectoris illius Eccleſiæ, cui fuerunt aſcripti, quod in habitu & tonſura Clericali eorum conditioni congrua ſemper a die poſtremi ordinis ſuſcepti inceſſerint, quod confeſsiones communiones iuxta præſcriptũ frequentauerint, quod doctrinę chriſtianæ operam dederint, quod probatè vixerint, & functiones ordinum in ipſa Eccleſia, cui fuerunt aſcripti, debitis temporibus exercuerint. Hi tamen nec admittentur niſi inſtrumenta, ſeu literas teſtimoniales ordinum antea ſuſceptorum oſtendant, ſeq; decimum tertium ſuæ ætatis annum attigiſſe probent, & latinam linguam ex Concilij Tridẽtini pręſcripto intelligant, & tunc, niſi temporum interſtitiis ſeruatis.

Seſſ. ead. c. 5. Cõc. Colon. ſub Hermanno de Munenere Epiſc. c. 19. & c. 27.

c. In ſingulis 77. diſtinct. ſeſſ. 23. c. 11.

CAP. IIII.

QVI ad ſingulos maiores ordines erunt aſſumendi per menſem ante ipſam ordinationem Vicarium noſtrum generalem adeant, cui poſtquam eorum deſiderium, ac voluntatem declarauerint, ſcripta dent eorum nomina, cognomina, parentes, patriam, & parochiam in qua habitent; Is verò ordinandorum parocho, aut alteri, cui magis expedire ei videbitur ex præſcripto ſacri Trident. Conc. committet, vt inquiſitionem ac denunciationem faciat, commiſsioniſq; literas in hanc formã ſcribet videlicet.

Seſſ. ead. c. 5.

Reuer. N. Hauendo il Sacro Concilio di Trento con gran prouidenza ſtatuito che li nomi & deſiderii di coloro che vogliono eſſer promoſsi à gl'ordini Sacri, ſi debbano publicare nella Chieſa di quella parochia, doue eſsi habitano, & che inſieme deua il proprio parocho ò altri ad ele-

zione

zione delproprio Veſcouo con diligenza cercare, & informarſi da perſone degne di fede, ſe ſono nati di legittimo matrimonio, ſe ſono di età legittima, & ſe di buona vita & coſtumi, per tanto non mancherete il primo giorno di feſta ſeguente denunziare alla voſtra Meſſa, in quella hora che vi ſarà maggior frequenza di popolo qualmente .N. deſidera eſſer ordinato all'ordine del .N. eſortando ciaſcuno, che ſapeſſe in lui eſſer qualche impedimento, che lo rendeſſe inabile à poter ottener tale ordine, voglia per zelo di carità, meſſo da banda qual ſi voglia humano affetto ò intereſſe, denunziarlo ſecretamente à voi (ò a Noi) & parimente cercherete informarui della età, vita e coſtumi ſuoi, facendone poi del tutto relazione vera à noi in ſcritto conforme à quanto diſpone il ſacro Concilio predetto con mandarcela ſigillata, auuertẽdo che nõ ſia letta da neſſuno.

CAP. V.

NE autem ignoretur ſuper quibus inquiſitio prædicta fieri debeat, hic impedimenta illa inſerere ſtatuimus, quę eis obſtare videntur, ad ſacros ordines promoueri deſiderant, Impedimenta verò ſunt infraſcripta videlicet. Syn. Pro. Flo. de ordine c. 2

Si in ætate legitima non ſint.

Si irregulares, excommunicati, aut aliqua alia Eccleſiaſtica cenſura irretiti.

Si culpa ſua hominem occiderint, aut mutilauerint, immo ſi per iuſtitiam, ſeu iuſto iudicio cooperãtes id fecerint.

Si vſurarii, ſeu fœneratores manifeſti, ſeditioſi, periuri, bigami, ſymoniaci, abſtemii, concubinarii, criminoſi, impudici, aut alicui curiæ quacumq; ex cauſa obligati ſint.

Si publicè aliquod graue, & enorme peccatum admiſerint, & in eo perſiſtant.

Si ebritati aut gulæ dediti.

Si publicam aliquam pænitentiam fecerint, aut infamia aliqua ſint notati, aut poſt ordinem ſuſceptum lapſi fuerint.

Si corpore notabiliter vitiati, aut inſigniter deformes ſint, adeò vt à canonibus ordinari prohibeantur.

Si ſerui, neophiti, hermafroditi, energumeni, peregrini,

Digitized by Google

ignoti, amentes, aut morbo caduco laborantes.

Si illiterati, furioſi, furtiuè, vel per ſaltum promoti.

Si hęretici, aut de hæreſi ſuſpecti, vel ab hæreticis, ſeu à ſuſpectis de hæreſi deſcendentes.

Si denique vitę conuerſatione, honeſtè, piè, & religioſè ſe geſſerint.

Impedimenta, & hęc alia eliciuntur ex Pont. Rom. in rubr. de ord. conferen. in princ. ex Cathec. vbi ſup. n. 33. ex diſt. 47. 48. 49. 50.

Siue aliquo alio canonico impedimento irretiti ſint, quo minus ad ſacros ipſos ordines promoueri valeant. Quod ſi quis ſcienter defectum occultauerit, & ordinem ſuſceperit nō ſolum per ſex menſes ad pœnitentiam peragendam carceribus mancipabitur, ſed pœnis à ſacris Canon. Conc. Trident. ipſaq; conſtitutione Sixti Quinti impoſitis ſeueriſsime punietur.

vſq; d. 602. per tot. Late ea enumerat Cucens Inſt. Can. lib. 4 tit. 12 per tot.

CAP. VI.

Concil. Trid. ead. ſeſ. c. 12. & 13.

AD Subdiaconatus ordinem nullus promouebitur ante vigeſimum ſecundum annum, & non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, niſi Eccleſiæ vtilitas, vel neceſsitas aliud expoſtulauerit; Nec minus omnes in ea ætate conſtituti admittentur, ſed digni duntaxat, ij videlicet qui bonum teſtimonium de vita & moribus habuerint, qui Eccleſiæ, cui fuerunt aſcripti laudabiliter præfatum ordinem exercendo inſeruiuerint, qui ſemel in menſe, & cum Altari miniſtrauerint, ſacram communionem perceperint, qui in habitu & tonſura adminus per annum continuum antea inceſſerint, qui vt ſupra per menſem ante ipſam ordinationem coràm Vicario noſtro ſe pręſentauerint qui præcedentis ordinis teſtimonium exhibuerint, qui firmum habuerint caſtitatis perpetuæ propoſitum, qui in literis ita inſtituti fuerint, vt quemlibet ſcriptorem Eccleſiaſticum, ſibi forte proponendum intelligant ſaltem grammatice, qui doctrinam chriſtianam memoria tenuerint, qui rationem reddere nouerint omnium Sacramentorum ſaltem in genere, & in ſpecie non ignorauerint ea, quæ ad ipſum ordinem Subdiaconatus exercendum pertinent. Qui cantare mediocriter ſaltem ſcienerint. Qui Breuiarium & has conſtitutiones habuerint, & officium diuinum recitare, & ordinare non ignorauerint, ne

eis

Digitized by Google

eis peccandi occaſio præbeatur, cum quilibet ſub peccato poſt ſacrum ſuſceptum ordinem diuinum officium recitare teneatur.

CAP. VII.

INSVPER ad ipſum Subdiaconatus ordinem nullus clericus ſecularis de cœtero promouebitur, quã vis alias moribus, ſcientia & ętate idoneus ſit, niſi prius legitime conſtiterit, eum beneficium Eccleſiaſticum (quod anni red ditus 25. aureorum ad minus ſit) deductis expenſis, pacifice poſsidere. Ad titulum verò penſionis, & patrimonij illi tantum promouebuntur, quos aſſumendos eſſe pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum noſtrarum duxerimus, dummodo in primis per legitima & autentica documenta apud acta noſtræ curiæ conſtare faciant, quod patrimonium illud, vel penſionem abſq; vllo dolo, fraude, ſeu fictione verè poſsideant, & pacifice annui communis redditus 25. aureorum; Et cum experientia doceat circa ceſsiones, ſeu donationes, quæ per parentes, fratres, conſanguineos, alioſue, quicumq; ſint, iis fiunt, qui ſe ad præfatum titulum promoueri petunt, innumeras fraudes committi in eorum (qui ordinantur) animæ perniciem, clericaliſque dignitatis dedecus; Propterea ſtatuimus vt Vicarius noſter antequam titulum præfatum probet ex viris fide dignis, diligenter inueſtiget, etiam interpoſito iure iurando, an ea bona, quæ ceduntur, vel dono dantur, ſint verè cedentis, ſeu donantis, & an libera ab omni obligatione, & an ab eo quiete poſsideantur, & an verè fructus ad præſcriptam 25. aureorum ſummam aſcendant, & demum, an donanti alia bona ſuperſint ad eius vitæ ſubſtentationem neceſſaria, & ſi donatio fiat per parentes, an ſaltem legitima pro aliis filiis maſculis, doſq; congrua pro filiabus ſuperſit, tuncq; donans, ſeu cedens iuret ad ſancta Dei Euangelia ſe ceſsiſſe, ſiue donaſſe ſine vlla fictione, aut ſpe in futurum bona ceſſa, ſeu donata recuperãdi, Ceſsionarius autem vel Donatarius affirmet nullũ eſſe inter ſe & cedentem ſeu donantem pactũ de reſtitutione rerũ ceſſarũ, ſeu donatarũ, ſuæq; intentionis eſſe illa retinere, ac quandiu vixerint, illis vti & frui.

Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. C. Sãctorum Canon. d. 70. C. Epiſcopus. c. Tuis de præben. c. Si Epiſc. eo. tit. in 6. Conc. Colon. vbi ſup. c. 30. Syn. Mogunt. cap. 81. Syn. Senon. in Decretis morum cap. 4.

Quod ſi aliqua fraus, dolus aut fictio ante, vel poſt ipſam ordinationem detegetur, & donans, ſeu cedens, & donatarius, ſeu ceſsionarius pœna falſi irremiſsibiliter punientur.

Volumus præterea, vt ordinandus ad titulum patrimonii, in actis noſtrę curiæ promittat ſe patrimonium illud nunquam alienaturum eſſe donec de Eccleſiaſtico beneficio ad victum ſufficienti ſibi fuerit prouiſum.

CAP. VIII.

Ead.ſeſſ. cap. 12.& 13.

AD Diaconatum nemo promouebitur niſi ſaltem 23. ętatis ſuę annum attigerit, niſi expedite legerit, & melius quàm Subdiaconus, quæ legerit intellexerit, At per annum ad minus in ordine Subdiaconatus cum decenti habitu & tonſura verſatus fuerit, habueritque legitima teſtimonia, quod functiones in Eccleſia cui fuit aſcriptus præſtiterit, quod communionem ad præſcriptum ſumpſerit, aliaq; omnia requiſita habuerit, quæ in eo requiri ſtatuimus, qui ad Subdiaconatus ordinem erit aſſumendus.

CAP. VIIII.

Concil.Trid. ead.ſeſ. c.14.

Cathech. vbi ſup. num.30. 31.& 32.diſt. 38. per tot. Syn.Senon.in Decretis morum cap. 3. 1.Tim.3. per tot. Tit.1.B. 7.8. & 9.

NEMO quoque ad præsbiteratus ordinem ante vigeſimum quintum ętatis ſuæ annum aſſumetur, quiue pie ac fideliter in miniſteriis ante actis ſe minime geſſerit, & niſi vltra requiſita in ſuſceptione ordinum præcedentiũ, ſacrum Miſſę Canonem explicare norit, & aptus, idoneuſq; ſit ad ea populum docendum, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac ad adminiſtranda Sacramenta, eaq; pietate, ac morum honeſtate fulgeat, vt non niſi bonorum operum exempla, & vitę probatæ monita ab eo expectari poſsint.

CAP. X.

c.Non nullus & c.ſi de tempor.ord. in 6.

REGVLARES & Clerici ſeculares non diœceſani ad nullos admittentur ordines, niſi literas teſtimoniales, ſeu commendatitias, aut dimiſſorias ſuorum ſuperio-

rum,

Digitized by Google

rum, ordinariorumq; legitimas, auctenticas, & quæ de recenti factæ fuerint exhibeant, in quibus eorum probitas, & mores commendentur, contineantq; quod ex legitimis natalibus orti, legitimæq; ętatis ſint, vnà cum teſtimonio ordinis proxime ſuſcepti. Et ſi Regulares ad ordinem Subdiaconatus erunt aſſumendi, quod etiam profeſsionem emiſerint, alii verò quod titulum habeant ſufficientem; Nobiſq; conſtare faciant literas ipſas commendatitias, teſtimoniales, ſeu dimiſſorias veras eſſe, & ab eo confectas, qui auctoritatem habeat illas concedẽdi, ſintque præterea ea ſcientia atque idoneitate præditi, quam in noſtris Diœceſanis deſideramus, officiumque diuinum ordinare ſciãt.

ni Pont. ædit. prid. Id. Octobris 1568. Syn. Flor. vbi ſup. num. 3. Ex præfata

Concil. Trid. ead. ſeſſ. c. 8. Conc. Nicen. c. 17. Conc. Aurelian. 3. c. 15. Conſt. Pij 2. incip. cum ex ſacrorum ædita 15. Cal. Decemb. 1451. Cõſt. Sixti 5. ſup. citata. Bulla Pij V. incip. Romaconſt. Sixti 5.

CAP. XI.

PARENTES aliiue quicumque caueant nè vi, metu, aut alia quauis ratione filios alioſue cogant, aut inducant, vt ordines aliquos ſuſcipiant; cum id abſque magno ſacrilegio fieri nequaquam poſsit.

Arg. cap. 1. & 2. diſt. 74.

CAP. XII.

ORDINANDI omnes ſiue ſeculares, ſiue regulares ſint, priuſquam ad ordinum ſuſceptionem accedant eorum peccata Confeſſario à Nobis approbato confiteantur, & de manu noſtra (iis exceptis) quibus per ætatem minime licebit) ſacram communionem percipiant.

Cathech. vbi ſup. num. 31. Concil. Col. vbi ſup. c. 26. Syn. Mog. c. 81.

CAP. XIII.

CVM nullus debeat ordinari qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, propterea Archidiacono & Cancellario noſtro præcipimus, ne poſt hac vllum diœceſanum nobis ordinandum præſentent, niſi prius illi Eccleſiæ aut pio loco pro cuius neceſsitate, vel vtilitate aſſumendus eſt, aſcriptus fuerit.

Concil. Trid. ead. ſeſſ. c. 16. c. 1. diſt. 70.

LITERAE

CAP. XIIII.

Synod. Auguſten.cap.82. Synod. Senonen.in decretis morũ c. 3. Syn.Flor. vbi ſup. c.2.

LITERAE teſtimoniales de vita & moribus, defunctionũ exercitatione, de ſacræ communionis frequentia, & de aliis vt ſupra ad vnum quemq; ordinem requiſitis conficiantur à Parocho illo, cuius Eccleſiæ ſeruitio ordinandus, ſit aſcriptus, nobiſque obſignatæ mittantur. Qui quidem Parochus caueat ne alicuius promouendi gratiam, quod verò minime conſentaneum ſit immiſceat, aliàs pœna falſi grauiter punietur. De legitima autem ætate volumus, vt ex libro Baptiſmi conſtet, literę autem ipſæ contineant etiam duorum, aut trium teſtium probatorum, & non ſuſpectorum, iuramento ſolemni firmatas.

CAP. XV.

NVLLVS clericus Diœceſanus poſt dimiſſam ordinationem domum ire audeat, niſi prius coràm Vicario noſtro generali ſe præſentauerit, vt ab eo inſtruatur, quid vnuſquiſque in Eccleſia, cui fuit aſcriptus prę̨ſtare teneatur.

CAP. XVI.

Seſſ.21. cap.1.

Concil. Col. vbi ſup. c.28. Syn.Aug.c.5.

QVONIAM à Tridentina Synodo ſancitum eſt, ne pro collatione quorumcumq; ordinum, aut pro dimiſſoriis literis, aut teſtimonialibus, Epiſcopi, aut eorum Miniſtri quidquam etiam ſponte quauis de cauſa datum, ſeu oblatum accipiant, propterea ſtatuimus, vt id à Vicario noſtro, examinatoribus, aliiſue noſtris familiaribus inuiolatè obſeruetur. Notarii autem (cum nullum eis conſtitutum ſit ſalarium) pro vniuſcuiuſque ordinis literis teſtimonialibus, vel dimiſſorialibus ſolidos quindecim duntaxat accipiant, & nil amplius, licet ſponte eis fuerit oblatum, aliàs & pœnis arbitratu noſtro grauibus punientur, & ſtatim ab officio amouebuntur.

Digitized by Google

CAP. XVII.

QVI verò ad minores vel maiores ordines deſiderat promoueri, nullum apud Nos, Vicarium noſtrum, ſeu examinatores fauorem aut gratiam audeat queritare, alias cum ipſo ſeuerius, rigidiuſque procedemus in examine, & propterea ſub pœna excommunicationis Vicario cæteriſque electis examinatoribus præcipimus, vt huiuſmodi ambitioſos homines antequam ad examen admittantur Nobis detegant, idem enim Nos quoque facere pollicemur, ſi eorum aliquis gratiam noſtram indirecte aucupari præſumpſerit &c.

Arg. c. quando diſt. 24.

DE SACRAMENTO MAtrimonij. Rub. XXX.

CAP. I.

CVM Matrimonium verè & propriè Sacramentum Eccleſiæ ad procreandos filios, qui cœleſtem hæreditatem accipiant, & ad fornicationem vitandam à Chriſto Domino noſtro inſtitutũ, ſitque magnum Sacramentum & ſignum ſanctiſsimi illius vinculi, quo Chriſtus cum Eccleſia coniungitur, Monẽdi ſunt qui matrimonium contrahere affectant, ne alius affectus eos inducat ad matrimonium contrahendum, vt ſit honorabile coniugium, ac cubile impollutum; inſtruendique ſunt de eius ſanctitate, & dignitate, de eius inſtitutionis cauſa, atq; de bonis, quæ ex eo naſcuntur iuxta Romani Cathechiſmi doctrinam, quodue perperam agitur, grauiterq; in Sacramentum peccatur, ſi non ob prolem ſuſcipiendam ſuſcitandamque, aut fornicationem vitandam, ſed diuitiarum potiſsimum, aut opum naſciſcendarum cauſa & vt libidini vacent matrimonium contrahatur.

Conc. Tr. ſeſ. 24. de ſacra. Matrim. c. 1. Card. Aracęli de ſacram. Matr. cap. 6c. 1. Cor. 7. A. 2. Eph. 5. G. 32. Cath. de ſac. Matr. nu. 15. & 16. in fine. Conc. Colon. ſub Hermanno de admin. ſacram. c. 41. Heb. 13. A. 4. Cath. vbi ſup. ferè per tot.

Tob. 6. c. 17. & D. 22.

AT

CAP. II.

c. Noſtrates 30.q.5.l.1.ff. de ſponſal. Thom. & omnes in 4. diſt. 27. c.1. de ſponſ. in pube.

AT quoniam prius quam Matrimonium per verba de præſenti concipiatur, ſolent ſponſalia per verba de futuro præcedere (quæ quidem nil aliud eſſe dicuntur, quàm futurarum nuptiarum mutua promiſsio) vt puta ſi vir mulieri promittat eam in vxorem ducere, & è conuerſo Mulier viro promittat illum in maritum accipere, ſcire debent parochi ſponſalia ipſa à minoribus ſeptemnio contrahi non poſſe, quia rationis carent.

CAP. III.

Arg. c.cū locum de ſponſal. & matr.

c 1. §. fin. de ſponſ. impub. in 6.

CVMQVE pariter reperiantur aliqui puellarum, adoleſcentulorumque parentes & fratres, qui ipſis puellis, adoleſcentuliſq; inſciis, imo aliquando ipſis contradicentibus & inuitis ob vberiores dotes, aliaſue leues cauſas pro eis ſponſalia contrahunt, vnde vt plurimum vel antequàm matrimonium contrahatur, vel poſt ipſum contractum grauia oriuntur ſcandala: Propterea hortamur omnes huius noſtræ diœceſis viros, & mulieres, eiſque in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, vt de cætero in ſponſalibus contrahendis, vtriuſque ſponſi conſenſum habere ſtudeant, prius quam ipſa firment, cum maxime abſque eo inualida eſſe non dubitetur.

CAP. IIII.

Congr. Cōc. Epiſc. Torna. 7. Sept. 1570. c. 2. de ſponſ. c. cū ex literis 1a 2. eod tit. Super impedimētis videatur Nau ī Man. c. 2. n 25. cū duob. ſeq.

ET cum ſacrum Concilium Tridentinum circa ſponſalia de futuro nihil diſpoſuerit, ſed ipſa reliquerit in terminis iuris communis, Sciant Parochi, eos qui de matrimonio contrahendo purè, & ſine omni conditione fidem dederunt præſertim ſi iuramentum etiam interceſſerit, ad ipſam præſtitam fidem ſeruandam omnino teneri, niſi aliquod legitimum obſtet impedimentum ex iis quæ in iure exprimuntur tuncq; contrahentes à ſponſalibus ipſis reſilire non poſſe etiam cum altera contrahendo, niſi prius

decreto

Digitized by Google

decreto Iudicis vt Synodo Florentina ſtatutum eſt, ſoluta fuerint. Quod ſi quis contrafecerit pœnam arbitratu noſtro imponendam incurret.

Card. Araceli de ſacram. Matr. cap. 63. propè finem. Syn. pro. Flo. de Mat. c. 10.

CAP. V.

SCIANT parochi Iuſtitię publicæ honeſtatis impedimentum vbi ſponſalia quacunq; ratione valida nō fuerint, à Concil. Trident. pœnitus eſſe ſublatum, vbi autem valida fuerint primum gradum non excedere. Quod quidem decretum in ſponſalib. per verba de futuro conceptis duntaxat procedere, non autem in Matrimonio per verba de preſenti contracto, licet aliquando improprie ſponſalium appellatione contineatur, declarauit Pius Quintus. Nam in matrimonio per verba de præſenti contracto durare adhuc impedimentum in omnibus illis caſibus & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum Concilij decretum introductum erat, definiuit.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de refor. mat.

Conſt. incip. ad Romanum ſpectat. ædita Cal. Iulij anno 1568.

CAP. VI.

SCIANT præterea Parochi, vt parochianos commonere poſsint hodie ſponſalia,[a] & ſi cārnalis copula inde ſequatur, nunquam tranſire in matrimonium, vt ante Concilii Tridentini publicationem [b] tranſibant, teneri tamen eum, qui fictis ſponſalibus, aut aliter Virginem deceperit, ipſam,[c] vel in vxorem accipere, vel alio modo cōuenientiori ipſi ſatisfacere: Propterea caueant fœminæ, ne ſub ſpe futuri matrimonii ſe ipſas decipi aut falli aliquo pacto ſinãt.

[a] Nau. in Ma. c. 22. nu. 28. & c. 25 n. 144. Iac. Graff. in ſumma caſuū cōſcien. lib. 4. c. 23. num. 15. [b] c. Is qui de ſponſalibus. [c] Nauar. c. 16. num. 18. & ſū miſtę paſsim.

CAP. VII.

IN Matrimonij celebratione caueant Parochi ne à legibus Tridentini Concilij vlla ex parte diſcedant, curent etiam, vt ab eorum Parochianis omnia ab ipſo Concilio ſuper reformatione Matrimonii ſtatuta quàm diligentiſsimè ſeruentur, quod vt facilius aſſequi valeant, materna lingua die Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & ſecunda

d. Seſſ. 24. per totum.

Digitized by Google

die Paſchatis Reſurrectionis eiuſdem Domini Noſtri in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia cap. primum Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reformatione Matrimonii, quod incipit Tametſi populo diuulgabunt, publicabuntq; in hunc, qui ſequitur modum.

Benche non ſia da dubitare che li matrimonij clandeſtini & occulti, di libero conſenſo e volontà delle parti fatti, ſiano veri e legittimi matrimonii, fin che la Sāta Chieſa nō li habbia annullati, e fatti irriti, e perciò con ragione ſi debbono biaſimare e dannare quelli (come la ſanta Synodo cō iſcomunica danna) che negano tali matrimonii eſſer veri & legittimi, e che finalmente affermano che li matrimonij fatti dalli figliuoli di famiglia ſenza il conſenſo de padri ſiano irriti e non veri, e che li padri à lor piacere li poſsino far validi, & irriti, Nondimeno la ſanta Chieſa di Dio per giuſtiſsime cagioni, ſimili matrimonii ha ſempre deteſtati, & hauuti in abominazione, Ma conſiderando la ſanta Synodo, che tali prohibizioni per la inobedienza delli huomini non giouano, e conſiderando anco li graui peccati che naſcano da ſimili matrimonii clandeſtini & occulti, e ſpezialmente di quelli che ſene ſtanno in ſtato di dannazione, mentre che laſſata la prima moglie, con la quale di naſcoſto haueuono contratto matrimonio, pigliano vn'altra moglie alla paleſe, e con eſſa viuono in perpetuo adulterio. Al qual male ò diſordine non potendo la Chieſa (la quale non giudica delle coſe occulte) prouedere, ſe non con qualche piu efficace rimedio; perciò non ſi diſcoſtando dalle pedate del Sacro Concilio Lateranenſe celebrato ſotto Innocenzio Tertio, comanda che per l'auuenire prima che ſi facci il matrimonio, ſi denunzii publicamente tre volte dal proprio curato de contrahenti in tre continui giorni di feſta mentre ſi celebrano le Meſſe fra chi ſi deua fare il matrimonio, le quali denunzie fatte che ſaranno non ſendo oppoſto alcuno legittimo impedimento, ſi proceda alla celebrazione del matrimonio in faccia della Chieſa, doue il Curato dipoi che harà domandato l'huomo e la donna & harà inteſo ſcambieuolmente il loro conſenſo, ò dica: Io vi congiungo in matrimonio, in nome del Padre, del Figliuo-

lo,

lo,& dello Spirito Santo, ò vero vſi altre parole ſecondo l'approuato rito & cõſuetudine di ciaſcuna prouincia, e ſe alcuna volta vi fuſſe probabile ſoſpetto, che cotal matrimonio malizioſamente ſi poteſſe impedire con il far tante denun..., in tal caſo, ò ſi faccia vna ſola denũzia, ò vero ſi celebri il matrimonio alla preſẽza almeno del curato, e di dua, ò tre teſtimoni, e dipoi auanti la cõſumazione di eſſo matrimonio ſi faccino le denunzie in Chieſa, acciò ſe vi fuſſe alcuno impedimento, piu facilmente ſi ſcuopra, ſe già l'Ordinario iſteſſo non giudicaſſe eſſer meglio, che le predette denunzie ſi tralaſciaſſero in tutto, il che il ſanto Cõcilio lo rimette alla ſua prudẽza e giudizio; Et quelli che altrimẽti che alla preſenza del Curato ò di altro Sacerdote che habbi licenzia dall'iſteſſo Curato, ò vero Ordinario, e di dua ò tre teſtimoni, tenteranno di contrarre & far matrimonio alcuno, il Santo Concilio li rende inhabili in tutto à poter contrarre, & dichiara, che queſti ſimili contratti ſiano irriti, nulli, e di neſſun valore, ſi come per queſto preſente decreto gl'irrita & annulla. Di piu comanda che il Curato ò altro Sacerdote, che con minor numero di teſtimoni, & li teſtimoni che ſenza il curato, ò altro Sacerdote, come di ſopra; ſi trouerranno à ſimili contratti, & li contrahenti iſteſsi ſiano grauemente puniti ad arbitrio dell'Ordinario. In oltre il medeſimo Santo Concilio eſorta gli ſpoſi, che auanti alla benedizione, che hanno da hauere ò riceuere nella Chieſa dal Sacerdote, non habitino inſieme in vna iſteſſa caſa, & ordina che la benedizione ſi faccia dal proprio curato, e che neſſuno poſſa dar licenza di far la detta benedizione eccetto che il proprio Curato, ò vero l'Ordinario, non oſtante qual ſi voglia conſuetudine ancor che immemorabile (la quale ſi deue piu toſto chiamar' abuſo, & corruttela) ò qual ſi voglia priuilegio, Et ſe alcuno Curato ò altro Sacerdote, ò ſia Secolare, ò Regolare (ancorche preſumeſſe eſſerli ciò lecito per qualche priuilegio ò conſuetudine immemorabile) hauerà ardire di congiugnere in matrimonio, ò vero benedir ſpoſi, e perſone che non ſiano della propria parrocchia ſenza licenza del loro proprio curato, tanto tempo ſtia ſoſpeſo, quanto che ſia aſſo-

luto dall'Ordinario di quel Curato, che doueua interuenire al matrimonio, ò che doueua far la benedizione.

Habbia il Curato vn libro, nel quale ſcriua li nomi delli ſpoſi & delli teſtimoni, il giorno, & il luogo doue ſi farà contratto il matrimonio, il quale anco lo conſerui diligentemente appreſſo di ſe. Vltimamente il Santo Concilio eſorta li ſpoſi, che auanti che fra di loro ſi celebri il matrimonio, ò almeno tre giorni prima la conſumazione di eſſo matrimonio, diligentemente ſi confeſsino, & communichino deuotamente: Et ſe alcuna prouincia vſaſſe altri lodeuoli coſtumi, vſanze & cirimonie oltra le dette di ſopra. Il ſanto Concilio ſommamente deſidera, che ſi ritenghino, & oſſeruino. Et accioche queſti coſi ſalutiferi precetti venghino à notizia d'ogn'vno, comanda à tutti gl'Ordinarii, che quanto prima poſsino, procurino che queſto decreto ſia publicato & dichiarato al popolo in ciaſcuna Chieſa parrochiale delle loro dioceſi, & che il primo anno ſi faccia ſpeſsiſsime volte, & dipoi quante volte gli parerà eſſere eſpediente.

CAP. VIII.

Ead. ſeſſ. 24. cap. 1. * & ex reſpōſis ſacræ congreg. Conc. Syn. Auguſt. cap. 21. Syn. Mogunt. cap. 38. Syn. Flor. vbi ſup. c. 2. Conc. Colon. vbi ſup. c. 43. Syn. Mogunt. cap. 36. & 37.

TRES illæ denunciationes quæ matrimonia antecedere debent, ſi cōtrahentes diuerſarum parochiarum fuerint ex eiuſdem Concilii Tridentini decreto fiant tàm in parochia ſponſi, quàm ſponſæ à proprio * eorum Parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia tribus continuis diebus feſtis ex pręcepto Eccleſiæ, vel loci conſuetudine coli ſolitis in eius Miſſę medio, ad quā frequentior populus conuenire ſolet, quò facilius denunciationes ipſę notæ omnibus eſſe poſsint. Quas tamen denunciationes fieri omnino prohibemus, niſi preter conſenſum à parentibus contrahentium, & iis in quorum fide & poteſtate ſunt habendum (qui & ſi ad matrimonii validitatem neceſſarius minime ſit, eum tamen præcedere ſemper volumus, niſi ex aliqua rationabili cauſa ſecus faciendum eſſe duxerimus, amborum etiam conſenſum voluntatemq; habuerit.

AD

CAP. VIIII.

AD ipſum autem conſenſum habendum, ſi ſponſi eiuſdem fuerint Parochiæ, Parochus ambos (ſeorſum tamen) interrogabit, An velint in Eccleſia fieri denunciationes prædictas, ſponſam verò in conſpectu propinquorum, ita tamen vt nemo ipſorum audiat: Sin autem diuerſarum parochiarum fuerint ſponſi, hoc idem vterq; Parochus ſeruabit. Nec eorum alter denunciationes facere incipiet, niſi ab altero præmoneatur de conſenſu ſibi prę ſtito ab illo vel illa, qui vel quæ ad ſuam pertinebit Eccleſiam.

CAP. X.

DENVNCIATIONES verò præfatæ in hanc formam ab omnibus Parochis tàm Ciuitatis quàm diœceſis de cætero fient.

Si notifica alle carità voſtre come Giouanni figliuolo di N. da Colle, è per contrarre matrimonio con Antonia di N. N. del medeſimo luogo, e però ſe alcuno di voi ſapeſſe, che fra di loro vi foſſe impedimento di conſanguinità, ò affinità, ò di cognazione legale, che naſce dalla adozzione, ò di cognazione ſpirituale, che naſce dal Batteſimo, e dalla Creſima, ò vi fuſſe altro canonico impedimento, per il quale non poteſſero contrarre inſieme matrimonio, è tenuto in conſcienzia di notificarlo à me curato, ò a Monſig. Reu. Veſcouo ò ſuo Vicario ſotto pena di peccato mortale.

Qui contrafecerit arbitraria punietur pœna, Parochi verò, vt populus quæ ſint impedimenta matrimonium contrahendum impedientia & dirimentia contractum intelligat ſæpe intra Miſſarum ſolemnia exprobatis auctoribus recitabunt.

Nau. in Man. c.22. a.n. 29. vſq; in finem cap. late & diſtincte hęc impedimenta enumerat, & ſummiſtæ ferè omnes. De his etiam agunt Theologi poſt magiſtrum in 4. diſt. 34. & ſeq. & Thom. in ſuppl. q.50 & ſeq. Cathech. vbi ſup. num. 30.

CAP. XI.

CVMQVE Parentes filios ſuos, ſignum Crucis, Orationem Dominicam Symbolum Apoſtolorum, de-

cem

Syluest. i ver. ſcientia, verſiculo ſecundũ

cem pręcepta legis, & Angelicam Salutationem docere teneantur, parochis propterea pręcipimus, ne matrimoniorum denunciationes faciant niſi prius certiores reddantur, quod ſponſus & ſponſa hæc optime calleant, quodue eo anno eorum peccata fuerint confeſsi, ſacraque communione refecti,

CAP. XII.

Ead. ſeſſ. cap. 1. §. pręterea.

Fuſc. lib. 2. c. 3. nu. 21. prope finem.

Congr. Cõc. Archiep. Mediol. ita reſpondit.

VT ſcandala & peccata euitentur, quæ in cohabitatione ſponſorum, ac frequenti eorum conuerſatione exoriri veriſimlliter poſſunt, non ſolum prohibemus, ne ſponſi & ſponſæ ſimul in eadem domo cohabitent, aut ſimul conuerſentur ante benedictionem Sacerdotalem in templo ſuſcipiendam, verum etiam ne ſponſus ante ipſam benedictionem ſuſcepta audeat ad domum ſponſę, & è conuerſo ſponſa ad domum ſponſi accedere, vltra primam illam vicem, quam ipſius ſponſi conſanguinei & affines ad ſponſam inuiſendam accedere conſueſcunt. Qui contrafecerit arbitraria pœna punietur. Quod ſi, vt ſœpe euenire ſolet, ſponſus cum ſponſa ſtuprum commiſiſſe depræhenſus fuerit, ſi non pœna contra ſtuprantes à Sacris Canonibus inflicta, grauiter tamen arbitrio noſtro, vt à Sacra Congregatione Concilij alias declaratum fuit, punietur. Hanc conſtitutionem Parochi, bis vel ter in anno populo promulgabunt, ne quis ignorantiæ clypeo aliquo pacto tueri ſe poſsit, ſi contra feciſſe reperiatur.

CAP. XIII.

Ead. Congr. Conc. Arch. præfato.

Ead. ſeſſ. c. 1.

PROPTEREA Parochi, ne ſponſi periculum hoc habeant, quàm primum factis ſponſalibus, ac denunciationibus expeditis & ad ſummum intra quindecim dies matrimonium per verba de præſenti iuxta formam à ſacro Concilio Tridentino præſcriptam duobus, vel tribus teſtibus adhibitis, coràm ipſiſmet parochis mane non à prandio, & die ſaltem albeſcente, viro & muliere interrogatis, & eorũ mutuo conſenſu intellecto contrahi curent, in eiuſq; adminiſtratione ea ad vnguem ſeruent, quæ in Rituali Sacramen-

cramen-

Digitized by Google

cramentorum habentur. Illud autem non prætermittant, vt breuem ſemper aliquem ſermonem ad ſponſos tunc temporis habeant, in eoq; ex Cathechiſmo Romano de virtute Sacramenti, ac de triplici matrimoniali bono videlicet de fide, prole,& Sacramento pie religioſeq; agant. Quod ſi contrahentium culpa matrimonium diutius abſque noſtra licentia differatur, contrahentes ipſi vigintiquinque librarum pœnam eo ipſo incurrant; Sin verò Parochus ipſe ſine probabili cauſa à Nobis comprobanda denunciationes facere, aut ſponſos coniungere & benedicere neglexerit, vel malitioſe diſtulerit, pœna ſcutorum vigintiquinque mulctabitur, & alia etiam grauiori pro qualitate inde exorti ſcandali.

Cath. de ſac. Matr. nu. 23. cum aliis ſequen. & ferè per totum.

Syn. pro. Flo. de Matr. c. 4.

CAP. XIIII.

NVNQVAM tamen die ipſa qua vltima facta fuerit denunciatio matrimonium celebretur, niſi de conſenſu noſtro, vel niſi ea denunciatio fiat pridie carnis priuij, vel die pręcedente Aduentum Domini, vel niſi Parochus in ſecunda denunciatione populo ſignificauerit, ſe ea die matrimonium celebratum eſſe.

CAP. XV.

MATRIMONIA[a] ipſa in Eccleſia parochiali mulieris tantum, & non alibi videlicet in priuatis ędibus, aut oratoriis celebrentur[b] à proprio mulieris parocho, niſi vxor ad domum viri pro ipſo matrimonio contrahendo, & conſumando acceſſerit; Tunc enim[c] coràm proprio viri Parocho matrimonium in Eccleſia parochiali viri contrahi, & celebrari, ab ipſoque benedictio Sacerdotalis dari poterit, Qui contrafecerit grauiter punietur.

[a] Conc. Trid. d. c. 1. Syn. Mogunt. cap. 38. Cóc. Colon. vbi ſup. c. 44. & aliud Colonié. ſub Adulpho prope ſi. Synod. Auguſtei. cap. 21. [b] Congreg. Conc. ſub Pio V. ſic interpretata fuit. Ita eadem Congreg. ſub Greg. 13. refert Nauar. in Man. cap. 25. num. 144.

CAP. XVI.

PAROCHVS (vt Synodo prouinciali Florentina cauetur) per ſe ipſum legitimo impedimento ceſſante, non

Syn. Pro. Flo. de Matr. c. 4.

Digitized by Google

non per alios, ſponſos ſponſaſq; coniungat, eiſque benedicat: Quo legitimè impedito alium Sacerdotem ad ſacramenta adminiſtranda per Nos approbatum ſubroget, vt eius vices in ipſa parochiali Eccleſia ſuppleat, qui inde eidem parocho mandanti, verbo vel ſcripto quicquid egerit, ſignificabit.

CAP. XVII.

Ead. ſeſſ. c. 1. §. quod ſi qs.

CAVEANT Sacerdotes tàm Seculares quàm Regulares, cuiuſuis gradus, conditionis, aut dignitatis exiſtant, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendant, ne alterius parochiæ ſponſos ſine illorum parochi, vel noſtra licentia matrimonio coniungant, aut benedicant, aliàs ipſo iure per ſex menſes à diuinis ſuſpenſos ſe eſſe Regulares pœnam etiam clem. 1. de priuileg. incurrere & contrahentes, ac teſtes pœnam aureorum quinquaginta, & carceris per duos menſes incurriſſe ſciant.

Nauar. cóſ. 1. de pœn.

CAP. XVIII.

SI contrahentes diuerſarum Parochiarum fuerint, Parochus ille, qui eos matrimonio iunget, non ante id faciat, quàm teſtimonium ſcriptum ab altero Parocho acceperit, ex quo perſpicuè conſtet, ipſum denunciationes ex præſcripto Tridentini Concilii feciſſe, nullumque oppoſitum fuiſſe impedimentum, quo minus ad matrimonii celebrationem deuenire poſsit. Sin autem ſpoſus, aut ſponſa alterius fuerint Diœceſis, dummodo ex comprehenſis inter vagabundos non ſint, Parochus, qui matrimonii celebrationi intereſſe debet, ipſe nullatenus interſit, niſi teſtimonium prædictum, ab illo Parochi ordinario ſubſcriptum ſit, eiuſque proprio ſigillo ſignatum & à Nobis, vel Vicario noſtro recognitum. Sed ſi contrahentes, vel ambo, vel eorum alter vagantes fuerint, Parochi eorum matrimoniis non interſint niſi prius diligenti inquiſitione per eos facta, nullam aliis in locis, aliam vel alias vxores reliquerint, vtque ad Nos delata, à Nobis id faciendi facultatem obtinuerint. Quod

Ead. ſeſſ. c. 7. Conc. Colon. vbi ſup. c. 45. Syn. Mogunt. cap. 38.

Digitized by Google

Quod ſi quis Parochus abſque noſtra licentia eiuſmodi matrimoniis intereſſe prçſumpſerit, grauiſsime punietur vt Synodo prouinciali Florentina ſtatuitur. Synod. Flor. vbi ſup. c. 5.

CAP. XIX.

TESTIMONIVM prædictum de denunciationibus in alia parochia factis in hanc formam fiet videlicet.

Alli XX. del meſe di Agoſto dell'Anno 1594.

Atteſto io N. Curato della Chieſa di S. N. come ho denunziato nella detta mia Chieſa il matrimonio che ſi ha da contrarre fra N. di N. mio parrochiano & N. di N. parrochiana della Chieſa di S. N. in tre giorni feſtiui conforme all'ordine del Sacro Concilio Tridentino, cioè la prima alli——del Meſe di————dell'anno in giorno di Domenica, ò altra feſta comandata nominandola, la ſeconda alli——del Meſe di————dell'anno, che fu la feſta &c. & la terza alli——del Meſe di————dell'anno che fu Domenica, ne ſi è ſcoperto alcuno impedimento.

Io N. Curato ſopradetto ſcriſsi.

CAP. XX.

CONTRACTO matrimonio per verba de præſenti, eo ipſo die à Parocho mulieris, niſi (vt ſupra diximus) mulier ad domum viri pro matrimonio contrahendo & conſumando acceſſerit, quo caſu id ipſum fiat à Parocho viri, ſacerdotali benedictio coniugibus impertiatur iuxta ritum Sanctę Romanæ Eccleſię, Miſſaque de ſponſis ex libro Miſſali omnino celebretur, niſi eadem die ex inſtituto Eccleſię ſit prohibitum eiuſmodi Miſſam celebrare, tunc enim ſeruetur quod in Rituali in rubr. de ſacramento matrimonii præſcribitur. Quod ſi benedictio differatur, Parochi & contrahentes, qui cauſam dilationi dederint graue pœna plectentur. Congr. Côc. Epiſcopo aru gnaten. ita reſpondit.

CAP. XXI.

Nauar.in Manu.c.22.n.83. vbi ſatis diſtinctè. cap.1.& c.vlt. de ſecun. nuptiis.

BENEDICTIONEM ipſam tunc ſponſis impertiendam eſſe ſciant Parochi, cum vterque eorum in primis nuptiis extiterit, Quod ſi fuerint ſecundæ nuptiæ, vel ex parte vtriuſque, vel alterius tantum, non erit amplius eis benedicendum, ſicut nec etiam illis quos ante ipſam benedictionem habitam, carnaliter ſe cognouiſſe publicè palamque conſtiterit.

CAP. XXII.

Ex Conc.Trid. c. 1.§. poſtremo. Concil.Trid. ead. ſeſſ.c.fin. in fine. Syn.Mogunt. cap.38. c.Sponſus 30. q.5.

QVIA ſancta ſanctè tractanda ſunt, Parochi moneant & cohortentur coniuges, vt ante quàm contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonii cõſumationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accedant, vtque nuptias ea, qua decet modeſtia & honeſtate faciant, pro viribuſq; ſtudeant, vt ab illis choreæ, tripudia & ſaltationes, ſcurrilia, inhoneſtaq; verba, vel prorſus tollantur, vel ſaltem ad moderationem Chriſtianis dignam reducantur, & eò fortius, vt nocte benedictionem ſubſequente, pro ipſius benedictionis reuerentia in virginitate permaneant.

CAP. XXIII.

SI inter denunciandum aliquod impedimentum opponatur, etiam ſi falsò, aut malitioſè oppoſitum eſſe appareat, caueant Parochi, ne prius ad alias denunciationes aut matrimonii celebrationem procedant, quàm Nos de ipſo impedimento certiores reddiderint, à Nobiſque, quid eis agendum fuerit edoceantur. Qui verò ex induſtria falſum detulerit impedimentum, ipſo facto excommunicationis pœnam incurrat.

CAP. XXIIII.

NVLLO pacto augurii cauſa cyatus, aut patera frangatur à ſponſo, vel alio, nuptiarum celebrationis tem-

pore

Digitized by Google

pore; cum id ſuperſtitione non careat, Nec permittat Paro- Cõc. Colon.
chus, vt in Eccleſia ſpõſus ſponſam deoſculetur, vel vt ſpon- vbi ſup. c.47.
ſus (etiam ioci cauſa) percutiatur, aut verba aliqua ab hu-
ius Sacramenti dignitate aliena in eum proferantur, alias
& parochus & alij qui non paruerint, grauiter arbitrio no-
ſtro punientur.

CAP. XXV.

SICVBI abuſus ille reperiatur nocturno tempore ante ædes illius mulieris conueniendi, quæ ad ſecunda vota trãſierint ad clamores & ſtrepitus excitandos, ad ipſam, quæ improperiis & contumeliis afficiendum, aliaue ſimilia committenda, quæ contemptum & deriſum huius Sacramenti præſeferunt, Curent Parochi, vt huiuſmodi abuſus, tanquam nefarius, & à ſanctitate Sacramenti valde alienus, aboleatur, ipſam ſub excommunicationis latæ ſententię pœna prohibendo, vt Nos quoque per hanc conſtitutionem ſub eadem pœna prohibemus.

CAP. XXVI.

SACRI Tridentini Concilij auctoritate pręcipimus om- Conc. ead.
nibus, cuiuſcumq; conditionis exiſtant, ne quouis mo- ſeſſ. c.9.
do directè vel indirectè aliquos cogant, quo minus liberè c. Cum locũ.
ad libitum matrimonium contrahant, ſub anathematis pœ- c. requiſiuit.
na ab ipſo Conc. inflicta quæ eſt latæ ſententiæ. c. gẽma cum ſimil. de ſpõſ.

CAP. XXVII.

SCIANT Parochi per Sacrum Concilium Tridentinum Ead. ſeſſ. c.4.
impedimentum illud, quod propter affinitatem ex for- Conſt. Pij V.
nicatione contractum inducitur, & matrimonium contra- incip. ad Romanum ędita
hendum impedit, dirimitq; contractũ, ad eos tantum qui in Cal. Decẽb.
primo & ſecundo gradu coniunguntur, reſtrictum eſſe. 1566.

Digitized by Google

CAP. XXVIII.

Ead. Seſ. cap. 10. Conc. Salegu ſtadien. c. 3. c. Non oportet cum plurib. ſequē. 33. q. 4.

DECLARENT Parochi nuptias, & ſolemnes nuptiarum benedictiones ab Aduentu D. N. I. Ch. vſq; in diē Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum, vſque ad octauam Paſchatis Reſurrectionis incluſiue eſſe prohibitas, in aliis verò temporibus poſſe ſolemniter celebrari; propterea Parochi ipſi præfatis temporibus à Matrimoniorum celebratione omnino abſtineāt, nec aliquo pacto iis interſint abſque licentia noſtra, vt eos quoque intereſſe prohibemus matrimoniis inter impuberes celebrandis, licet eorum alter tantum eſſet impubes, quorum nec etiam publicationes, aut denunciationes facient ſub arbitraria pœna.

CAP. XXIX.

PAROCHI omnes librum habeant communis folij, (vt vocamus) magnitudine centum paginarū ad minus ad hoc ſpecialiter comparatum, in quo diſtinctè coniugū, & teſtium nomina, & cognomina, diem, menſem, annum & locum contracti matrimonii, & nomen eiuſdem parochi, ſiue ſacerdotis deſcribant, qui ſponſos in matrimonium iunxerit iuxta infraſcriptam formam videlicet.

Forma deſcribendi coniugatos.

Anno——die——Menſis——& hora—denunciationibus præmiſsis tribus diebus continuis feſtis, quarum prima die——ſecunda die——tertia die——inter Miſſæ parochialis ſolemnia habita eſt, nulloq; legitimo impedimento detecto. Ego N. Rector huius Eccleſiæ parochialis, N. filium N. loci & parochiæ N. & N. filiam N. (ſeu relictam quondam N.) ſi vidua fuerit, Parochiæ N in Eccleſia N. interrogaui, eorumque mutuo conſenſu habito ſolemniter per verba de præſenti matrimonio coniunxi præſentibus teſtibus N. filio N. loci, ſeu Parochiæ N. & N. filio N. & N. &c. poſtea eis ex ritu Eccleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ in Miſſæ celebratione benedixi, ſi eis fuerit benedictio impertita, quod ambo Virgines eſſent. Quod ſi eis benedictio impertiri non potuerit quia nuptiæ, vel ex parte vtriuſque, vel alterius tantum fuerint ſecundæ, dicatur. Quibus in Miſſæ celebratione non benedixi quoniam &c. & exprimatur cauſa.

Si vnus ex eis qui matrimonium contraxerunt alterius parochiæ fuerit, vel diuerſæ diœceſis id etiam exprimatur, noteturque poſt verba illa. Poſtea eis ex ritu Eccleſiæ in Miſſæ celebratione benedixi hac ratione.

Denunciationes huius matrimonii factę ſunt etiam à R. D. N. Parocho Eccleſiæ N. loci N. (ſi eorum alter diuerſæ tantum parochiæ fuerit) vt ex ipſius parochi ſcripto, & ſi (vt dictum eſt) eorum alter diuerſę diœceſis fuerit, addatur, à Reuerendiſsimo N. Epiſcopo, ſeu ab N. Vicario generali Reuerendiſsimi Epiſcopi N. ſubſcriptione & ſigillo comprobato, & à Reuerendiſsimo D. Epiſcopo Collenſi ſeu eius Vicario Generali recognito) regiſtrato in libro regiſtratorum fol. &c. ſeruato, in filo apparet.

Denunciationum autem prima facta eſt die——ſecunda die——tertia die——inter Miſſæ parochialis ſolemnia, nullumq; impedimentum canonicum detectum eſt.

Vbi vero Noſtro, vel Vicarii noſtri generalis conceſſu denunciationes aliquæ differendę, vel omittendę interdum ſint, ita notentur.

Anno Domini————die——Menſis————& hora——denunciatione vna die——rite facta, reliquis verò delatis poſt matrimonii celebrationem, vel in totum omiſſis (ſi fuerint conceſſu prędicto remiſſę) ex facultate ſcripta, à Reuerendiſsimo D. Epiſcopo Collenſi, ſeu Vicario generali ſub datum &c. quam penès me ſeruo in filo cum aliis huiuſmodi facultatib', & eſt deſcripta in libro regiſtratorũ &c. nulloq; prorſus impedimẽto allato Ego N. &c. vt ſupra.

Denunciationes verò, quę poſt contractũ matrimonium fient ita ſcribantur.

Anno————die——Menſis————qui fuit feſtus &c. ſequenti qui fuit Dominicus eiuſdem menſis, Ego N. Rector huius Eccleſiæ Sancti N. intra Miſſarum ſolemnia

denun-

Digitized by Google

denunciationes habui matrimonii iam præuia opportuna diſpenſatione initi inter N. & N. die prima huius menſis, nullum tamen canonicum impedimentum ab aliquo allatum eſt, quo minus huiuſmodi matrimonium ratum, ac firmum eſſe debeat.

Si autem denunciationes omnes omittendæ ſint, aut differendæ ita ſcribatur.

Debita diligentia adhibita cognoſcendi, an aliquod canonicum obſtaret impedimentum matrimonio, vt infra inito, nulloq; detecto, denunciationibus omnibus omiſsis, vel dilatis &c. ex facultate, &c. Ego N. Rector &c. vt ſupra.

Cæterum ſi alteri præsbitero à Nobis, vel à Vicario noſtro generali, vel à Parocho ipſo facultas (quæ ſcripto conſtare debet) facta ſit coniungendi aliquos in matrimonio, id in libro prædicto ſic adnotetur.

Ego N. pręsbiter & Cappellanus Eccleſię N. de licentia ſcripta Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi Collen. ſeu eius Reu. D. Vicarii, aut R. Præsbiteri N. Parochi ſeu Plebani, aut Prępoſiti Eccleſiæ N. quæ penes d. Plebanum ſeu Præpoſitum, aut Parochum extat in filo, & notata in libro Regiſtratorum fol. &c. filium &c. In Eccleſia N. interrogaui & eorum mutuo &c. vt ſupra.

Quod ſi ex denunciationibus compertum ſit, coniuges aliquo conſanguinitatis aut affinitatis gradu coniunctos eſſe, nihilominus ad contrahendum fuerit cum ipſis Apoſtolica auctoritate diſpenſatum, Annotetur gradus conſanguinitatis, vel affinitatis diſpenſatæ, & compendium decreti ſuper ea re lati cum die, & anno, ac Notarii de illo rogati nomine hoc modo.

Anno Domini———die——Menſis————& hora——præmiſsis denunciationibus, ac comperto impedimento ſecundi, tertii, vel quarti gradus conſanguinitatis vel affinitatis &c. inter N. &c. obtentoq; per eos Apoſtolicæ Sedis mandato de diſpenſando (& cauſa exprimatur) & cum eis per Reu. D. Vicarium Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi Collen. eadem auctoritate diſpenſato ſub die—— Menſis————Anni————vt conſtat exactis N. Notarii, & Cancellarii curiæ Epiſcopalis Collen. & eſt nota-

Digitized by Google

tatum in libro regiſtratorum fol. &c. Ego N. &c. in Eccleſia N. eos interrogaui, & eorum mutuo conſenſu habito &c. vt in prima ſupra ſcripta formula.

Vbi verò ex facultate noſtra, vel Vicarii noſtri generalis matrimoniũ domi celebratur, omittantur verba illa in Eccleſia N. & dicatur, Domi N. Parochiæ, ſeu loci N. de licentia ſcripta Reuerendiſsimi Epiſcopi Collen. ſeu Reu. eius Vicarii generalis, quam penes me ſeruo in filo, cum aliis huiuſmodi licentiis, & eſt deſcripta in libro regiſtratorum fol. &c. interrogaui, eorũq; mutuo cõſenſu habito &c. vt ſupra.

CAP. XXX.

FIDES autem parochorum, facultateſq; & licentiæ à Nobis, vel à Vicario noſtro generali, vt ſupra concedendę, regiſtrantur in libro regiſtratorum iuxta formulam ſub Rubr. de Parochis c. 28. præſcriptam, & nihilominus fides, licentię, ac facultates prædictæ aſſeruentur diligenter per Parochos in filo. Si quis matrimonia ipſa vulgari lingua deſcribere maluerit; permittimus, dummodo eadem præſcripta forma ſeruetur.

DE PROCESSIONIBVS SEV ſupplicationibus. Rub. XXXI.

CAP. I.

VT proceſsiones, ſeu ſupplicationes piè, deuotè, ac religiosè obeantur, parochi die feſto proceſsiones ipſas præcedente populo diem proceſsionum indicant, ipſumq; moneant & cohortentur, vt ne dum corpore, ſed ſpiritu eis intereſſe velit, cauſaſque explicent, ob quas proceſſiones ipſæ faciendæ ſint, ne ignoretur de quare ſit Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus exorandus, & inter alia populum doceant vt Dei clementiam exoret,

Lel. Zecchius de Epiſcopis c. 7. num 16. Conc. Colon. ſub Hermanno de conſtit. ac conſuet. c. 7. & ſeq.

ret, vt peſtes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis aduerſa, quæ nobis iuſtiſsimo Dei iudicio ob peccata noſtra infliguntur auertat, & tollat, vtque ſegetes, ac fruges terræ, & maxime in Rogationibus, conſeruet & augeat.

CAP. II.

VESPERI verò proceſsiones ipſas pręcedente, ſignis campanæ de huiuſmodi proceſsionibus faciendis populum moneant, quod mane etiam facere non omittent, & ſi generales fuerint in Ciuitate à Cathedrali, in Diœceſi vero a maiori cuiuſuis loci Eccleſia, niſi aliud nobis in Ciuitate, in Diœceſi verò parochis ipſis ex rationabili aliqua cauſa ſeruandum eſſe videatur, ordine ſemper proficiſcantur, & eodem reuertantur, quodquidem quoad ordinem in aliis quibuſcumq; proceſsionibus etiam confraternitatum ſeruari omnino mandamus ſub pœna arbitrio noſtro imponenda. Ad ipſas verò proceſsiones non ſolum Clerici omnes cuiuſuis dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis ſint, veſte talari, ſuperpelliceo, ac clericali bireto, aliiſque ſacris veſtibus de more induti, hora ſtatuta accedent, ſed Regulares etiam, & Confratres ſocietatum laicorum, hoc tamen ſemper ſeruato, vt Synodo Florentina prouinciali ſancitum eſt, vt capitulum Cathedralis Eccleſię ad locum vnde diſceſsit, ab omnibus reducatur. Qui non venerit antequam Clerus de Eccleſia egrediatur, & qui Capitulum in receſſu non aſſociauerit, pœnam vnius aurei, & maiorem etiam arbitrio noſtro imponendam incurrat.

Zecchius, vbi ſup.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. de regular.

Syn. prou. Fl. de proceſ. c. 1. Ita Cōg. Epiſcop. reſpōdit Vicario Fan. 6. Feb. 1590.

CAP. III.

CVM ad Eccleſiam cathedralem in Ciuitate, & ad maiorem in Diœceſi peruentum fuerit, ſi (vt ſœpe euenit) aliquantum expectare contingat, in Eccleſia, Clericorum tàm Secularium, quàm Regularium nemo (quicumque ſit) deambulet, vel confabuletur, ſed vnuſquiſque locum ſuum adeat, ibique tacitè conſiſtat, orationibus, præcibuſq; vacando, donec vniatur proceſsio.

CRV-

Digitized by Google

CAP. IIII.

CRVCES, ceroferaria, cleri vexilla, ac ſacrarum imaginum inſignia, à clericis talari veſte, ſuperpelliceo, clericali bireto indutis ferantur, qui eiuſmodi ſint, vt ea aptè commodè, ac decenter ferre valeant, iis locis exceptis, vbi nulli clerici ſunt, nec haberi poſſunt, quo caſu id ſeruetur, quod ſupra titulo de parochis cap. 25. ſtatuimus. Zecch. vbi ſup.

CAP. V.

IN proceſsionibus Clerici tàm Seculares, quàm Regulares, nec non Confratres ſocietatum laicorum, bini, & ordine grauiter tamen, & modeſte procedant ſpacio conuenienti inter ſe diſiuncti: Omnes loco ſuo incedant, nulluſue locum alterius occupet, vel ordinem in proceſsione deſerat, antequam ad Eccleſiam vnde profecti ſunt, redierint. Nemo ferat roſas, floreſue alios, nec præ manibus chirotecas, nemo galerum, nec ſuper cotta pallium niſi pluuiali tempore, tuncque galerum ſuper bireto, & non alio modo geſtetur; Eorum quilibet tàm in profectione ipſa, quàm in reuerſione, colloquiis, riſibus, ac cachinnationibus excluſis, piè ac deuotè in pſalmis, hymnis precibuſque ſacris decantandis, alternis vocibus occupentur, In omnibus autem proceſsionibus litaniæ hymni & preces ex præſcripto Ritualis Sacramentorum decantandę aſſumantur.

Zecch. vbi ſup.

Conc. Colon. ſub Adulpho de proceſ. prope finem.

CAP. VI.

CVM in aliquam Eccleſiam proceſsio ingreditur, vel prope eam pertranſire contigerit, campanæ omnes illius Eccleſię pulſentur. Inter viam nunquam inaniter quicquam ſpectandi gratia ſubſiſtatur, & ideo prohibeantur, vt præſenti Synodali decreto prohibemus ne ſpectacula (quæ minus decent, vt puta dæmones, Mors, Prophetę, aut alia quæuis perſona, aut actio præforibus, vel in via tunc temporis repræſententur ſub pœna alias ſtatuta.

Zecch. vbi ſup.

Sup. de ſacris Imag. & repręſent. c. 8.

Digitized by Google

CAP. VII.

IN proceſsionibus omnibus confraternitates laicorum, ordines Regularium ac clerus omnis pręcedant, viri & mulieres laicales ſubſequantur, ſed laici à clericis, & viri à mulieribus diſiuncti incedant, fœminæ verò velato capite ſobriè ac modeſtè ornatę ſint, obidque in parochialibus Eccleſiis parochi, & in Cathedrali Chori Magiſter viros aliquot graues eligant, quibus curæ ſit, vt proceſsiones piè, ac religioſè habeantur, vt laici vltro citroq; deambulantes in proceſsionibus ſe non immiſceant, aut eas quouis prætextu turbent aut impediant (vtq; hæc omnia de ſupplicationibus præſcripta ſeruentur.

1.Tim.2.c.9.

Zecch. vbi ſup.

l. Si quis in hoc genus, & auct. ſed nouo Iure c. de Epiſcop. & Cler.

CAP. VIII.

DVM proceſsio generalis, diebus ferialibus habetur, officinæ oēs claudantur, nec aliquid tunc temporis venale nec in plateis, nec alibi exponatur, imo ab operibus ſeruilibus etiã abſtineatur. Abuſus verò edendi, ac bibendi, ſecumq; eſculenta ac poculenta deferendi, aut ea vendendi in ſacris ſupplicationibus, quæ in Rogationibus, ſeu in litaniis minoribus habentur, & ſi per agros & longè ab Eccleſia ipſa parochiali eundum ſit, parochi omnino ſub pœnis & cenſuris eorum arbitrio imponendis tollere ſtudeant fideles ſæpius admonentes, præſertim die Dominico, qui proxime ſacras Rogationes antecedit, quam dedecat (vbi piis orationibus, mens & lingua exercenda eſt) ibi ieiuniũ quod ad alliciendam Dei gratiam vim maximam habet tantiſper ſeruare non poſſe, Parochi verò, & alij clerici caueant, ne equum adhibeant ſeu aſcendant in ipſis proceſſionibus ſub pœna arbitrij noſtri.

Infra habetur ſub Rubr. de feſtis dieb. rite ſeruan. in edicto ſuper obſeruatione feſt. in fine.

Zecch. vbi ſup.

Arc. c. Rogationes de conſecr. diſt. 3.

CAP. VIIII.

CVM autem proceſsio reuerſa fuerit ad Eccleſiam illam, vnde egreſſa fuit, nemo ex ipſa Eccleſia diſcedat

Zecch. vbi ſup.

nec

nec etiam Regulares, aut Societatum Confratres, niſi præcibus abſolutis habitaque benedictione. Qui contrafecerit arbitraria pœna punietur.

CAP. X.

IN omnibus proceſsionibus & præſertim in feſto ſacratiſsimi Corporis Chriſti in locis per quæ incedere ſolet proceſsio, vt Synodo prouinciali Florentina ſancitum eſt, is ornatus, apparatus & decor appareat, qui præſētię & aſpectui Saluatoris Domini Noſtri conuenire videatur; fideles verò in aſſociatione reuerentiam, pietatem & religionem illam ſeruent, vt fructum huiuſce pii operis & laboris à Domino conſequi mereantur.

Syn. prou. Fl. de proceſ. c. 2.

CAP. XI.

REGVLARES, ſeu ſeculares Clerici proprias parochias non habentes ſine facultate à Nobis ſcripto obtenta non pręſumant proceſsiones per alienam parochiam facere, nec minus illis, qui parochias habent liceat per alienam parochiam proceſsionaliter pertrāſire abſque noſtra, vel ſaltem proprii parochi licentia; Quod nec laicis licere ſtatuimus, niſi ſacerdotem aliquem ſuperpelliceo, ſtola, & clericali bireto ſecum habuerint, qui illius Eccleſiæ parochus ſit, intra cuius limites eorum ſocietas ſita & conſtructa eſt, vel alius ab ipſo parocho in eius locum ſubrogatus. Qui contrafecerit pœna graui plectetur. Ad proceſsiones verò quæ noctu per ipſos laicos fiunt, mulieres nullo pacto interſint, nec eos proceſsionaliter procedentes aſſocient, aut comitentur ſub pœna arbitraria tàm mulieribus ipſis aſſociantibus, quàm confratribus id permittentibus imponenda.

Arg. c. Eccleſias 13. q. 1. Conc. Later. ſub Leone ſeſſio. 11. Auct. ſed nouo. c. de Epiſ. & clericis. Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 20. num. 40.

DE FVNERALIBVS ET SEpulturis. Rub. XXXII.

VT controuerſias quæ ſæpe exoriri ſolent in efferendis, ac tumulandis defunctorum cadaueribus inter clericos Seculares & Regulares interque laicos & Clericos tollamus, aliiſue, quæ ſcandalum generare poſſent modum aliquem conuenientem imponamus, abuſuſque omnes, qui ad notitiam noſtram hactenus peruenerint extra Ciuitatem, ac Diœceſim noſtram eliminemus, Clericis quibuſcumq; cuiuſuis ordinis & dignitatis ſint, etiam Cathedralis noſtræ Canonicis, cæteriſq; omnibus etiam laicis, in his, quę eorum negocium tangunt, hæc ſeruanda proponimus videlicet.

CAP. I.

Ex Conſt. Pij V. ædit. Cal. Apr. 1566. incip. cũ primũ. Zecchius de Epiſcop. cap. 6. n. 24. verſ. ſeptimo viſitet corpus. Sup. de Eccl. & Alt. cap. 8.

DEFVNCTORVM corpora nec in excelſo loco, nec in parietibus collocentur, ſed in Cæmeteriis iuxta antiquam Eccleſiæ conſuetudinem ſepeliantur; Nunquam verò in Eccleſiis, niſi in iam conſtructis ſepulchris ſubterraneis teſtudineatis, bene clauſis, ac ſolo æquatis, & ab Altarium ſcabellis per tres cubitos ſaltem diſtantibus, ne eorum pauimenta vt hactenus factum eſt, deformentur. Qui contrafecerit, pœnam viginti quinque ſcutorum incurrat, & corpora ipſa nihilominus exhumentur, nulla habita perſonarum ratione, & in cœmeterio condantur.

CAP. II.

AT quoniam non omnia defunctorum corpora Eccleſiaſtica ſepultura digna ſunt, propterea infraſcriptis ex Doctorum ſacrorumq; canonum ſententia eam denegari volumus & mandamus videlicet.

Ex-

Digitized by Google

Excommunicatis publicè denuntiatis,& notoriis clericorum percuſſoribus,etiam ſi publice denuntiatis non fuerint & interdictis nominatim.

Mortuis in Duello, vel in prohibitis torneamentis.

Iis qui ſe ipſos occiderunt,ſi id deſperatione, uel iracundia,non inſania,vel contra eorum intentionem fecerint.

Publicis blaſphemis, ſi pœnitentiam non egerint.

Pœnitentiam iniunctam contemnentibus.

Manifeſtis vſurariis, niſi pœnituerint, & integrè pro viribus ſatisfecerint, vel cautionem idoneam præſtiterint illi cui facienda eſt reſtitutio,vel alteri pro eo, vel Parocho coràm duobus ſaltem teſtibus.

Iis quos certum & manifeſtum eſt non fuiſſe confeſſos, vel Sanctiſsimam Euchariſtiam non ſumpſiſſe eo anno, niſi in morte ſigna contritionis oſtenderint.

Illis quibus viuentibus interdictus fuit Eccleſię ingreſſus.

Pueris abſque baptiſmo morientibus.

Notoriis peccatoribus in ipſo notorio peccato decedentibus, niſi contritionis appareant ſigna: Et ſimilibus.

Qui horum aliquem in loco ſacro ſepelierint, vel eius ſepulturæ interfuerit vel conſenſerit aliquo modo, vltra pœnas à iure communi impoſitas, pœnam excommunicationis,& aureorum quinquaginta,eo ipſo incurrat, & corpora prædictorum, ſi diſcerni potuerint, exhumentur, & ab Eccleſia ita procul proiiciantur, vt voces clericorum cantantium ibi audire non poſsint.

De his pręter alios late habetur p Syl. ver. ſepultura nu. 9. & ſeq. Clem. 1. de ſepult. c. Quia de Vſur. cap. Quanquam eod. tit. in 6. Sylu. vbi ſup. num. 19. Abb. c. ſacris n. 3. de ſepul.

CAP. III.

CVM Clericos tàm Seculares, quàm Regulares deceat ab omni auaritię corruptela & oſtentatione alienos eſſe, prohibemus Synodo prouinciali Florentinæ inhærentes, ne exequiarum ſepulturę, aut anniuerſariorum cauſa quidquam omnino paciſcantur, exigant, aut petant, aut aliud committant, quod ſymoniacæ labis, aut ſordidæ auaritię ſuſpicionem habeat, præſertim ne vlla inter eos & hæredes defuncti, ſeu alios intercedat pactio, vt potius in Eccleſia, quàm in cœmeterio, aut indigniori Eccleſiæ, vel cœmeterij

Syn. Flor. de funer. cap. 1. Cōc. Tribur. cap. 16. c. Nō ſatis cū ſeq. de Sym. c. ſuam eo. tit. c. queſta eſt c. præcipiēdum. 13. q. 2. Card. Aracę.

li de ſacram. pœn. cap. 44. ver. ſecundũ. Syl. ver. Sepult. num. 2. Congr. Epiſcoporum Vicario Ferentinen. die 4. Iulij 1581. c. Ad Apoſtolicam de Symon. Syl. vbi ſup. num.

meterij loco ſepeliatur ſub pœna canonis, & alia arbitrii noſtri; Pias tamen & laudabiles conſuetudines, & alias quaſcunque iure debitas erogationes ſeruari mandamus.

At quoniam in Ciuitate & Diœceſi pro funeralibus certa pœcunię quantitas à defunctorum hæredibus parochis ſolui ſolet ex immemorabili, ac inueterata laudabili conſuetudine, diuerſimode tamen ac inæqualiter non abſque laicorum offenſione. Propterea ſcandalis viam pręcludere exoptantes, ſtatuimus, vt funeralium ſolutio, ęqualiter & vniformiter, eaq; ratione fiat per ciuitatem & Diœceſim noſtram Collen. quam in Diœceſi Volaterrana fieri conſueuit, cuius conſuetudinem & obſeruantiam ideo amplectendam eſſe decreuimus, quoniam Diœceſis Collen. pars maior in eius erectione à Volaterrana ſeparata fuit. Quamobrem Volaterranę Synodi decretis adhærentes decernimus atque mandamus, vt in illis locis in quibus exigendi viget conſuetudo, Parochi pro funeralibus cuiuslibet patris, vel matris familias libras quatuor conſequantur, pro funeralibus verò aliorum, ſi maiores annorum duodecim fuerint, libras duas, alioqui libram vnam ſi minores extiterint. Qui plus petierit vel exegerit pœnis à iure canonico inflictis, & aliis arbitrii noſtri puniatur.

De funeral. cap. 7.

c. Cum in Eccleſiæ, & d. c. ſuam cum ſimilibus de ſimon.

CAP. IIII.

Card. Aracęl. vbi ſup. Syl. Ver. ſepultura num. 2. c. Poſtquam & ſeq. 13. q. 2. c. Abolendę de ſepult. Concil. Tr. c. 16.

CVM locus ſepulturæ deputatus vendi non poſsit, ideo prohibemus, ne Parochi ſub pœna à Iure communi impoſita audeant vendere ſepultura in eorum Eccleſiis & cœmeteriis iam conſtructas, vel locum ad nouas inibi conſtruendas, quem nec donari, aut alias concedi poſſe volumus in parochialibus Eccleſiis abſque noſtra in ſcriptis obtenta licentia, In Cathedrali verò, niſi etiam Capituli conſenſus acceſſerit.

CAP. V.

c. Ad Apoſtolicã de Sym.

CAVEANT Parochi ne cadauera ſepelire differant, etiam ſi hæredes defuncti, ſeu ij ad quos ſpectat debita

bita & conſueta eis funeralia vel non ſoluant, vel nolle ea ſoluere aſſerant, ſed ſtatuto tempore ipſa ſepeliant; Noſtrum enim erit poſtmodum debitores ipſos compellere, vt debita funeralia ſoluant laudabilemq; conſuetudinem ſeruent, vt eos ſtatim manu regia cōpulſuros eſſe pollicemur.

Concil. Oxonien. cap. 26. Cōgreg. Epiſcoporū ita reſpondit Vicario Apoſt. Ferentin. 4. Iulij 1581.

CAP. VI.

MISERABILES perſonę, quibus mortuis, aut nihil ſupereſt, aut ita parum, vt ſua impenſa ſepeliri minime poſsint, A Parochis tàm Secularibus, quàm Regularibus, duabus ſaltem per eos candelis adhibitis gratis, vel piorum hominum conquiſita eleemoſina ſepeliantur, ita vt ſepultura eis nullo pacto vltra tempus debitum differatur, ſub arbitrii noſtri pœna.

CAP. VII.

NVLLVM corpus poſthac ſepulturæ tradatur quod ſaltem duodecim horas mortuum non permanſerit, Quod ſi morbi alicuius repentini violentia aliquis oppreſſus fuerit, adeò quod mortuus iudicetur, ante vigeſimam quartam horā ab eodem met repentino euenta nequaquā ſepeliatur: Cœtera verò corpora defunctorum vltra 24. horas inſepulta nullo pacto detineātur. Quod ſi ſecus Clericorū culpa euenerit, graui eos animaduerſione corripiemus.

CAP. VIII.

DEFVNCTORVM corpora nec ante ſolis ortum, nec poſt occaſum nec dū Miſſa maior, Veſperæ aliaue diuina officia decantantur, vt ipſorum perturbatio vitetur, in Eccleſiam efferantur, in ipſiſq; efferendis corporibus circuitus ille per vicos, & plateas ad funeris oſtentationem aliquando fieri ſolitus omnino deuitetur, tollaturq; viaq; recta & breuiori (ſi id commode fieri poſsit) procedatur, alioquin via paulò longior arbitrio parochi ineatur, dummodo circuitus ille vitetur: Campanæ etiam nec prolixius quàm

par

Digitized by Google

par eſt, nec cum auditorum moleſtia pulſentur ſub arbitraria pœna.

CAP. VIIII.

c. Cum liberum de ſep.

CVM libera ſit ſepulturæ electio, ob idq; vnuſquiſq; ſepeliendus ſit, vbi ſepulturæ locum elegerit, caueāt parochi aliiue, qui ius ſepeliendi habent, ne aliquem directè, vel indirectè inducant ad promittendum ſeu iurandum, ſepulturam ſe electurum in ſua Eccleſia, aut quam iam elegiſſet non mutaturum, cum id excommunicationis pœna Papæ reſeruata & aliis etiam fieri prohibeatur, & nihilominus electio facta non tenet.

c. 1. de ſepult. in 6. Clem. cupientes. §. ſane de pœnis.

CAP. X.

CVM mortuus ad ſepulturam efferendus erit, Clerici omnes tàm Seculares, quàm Regulares, & confratres ſocietatum laicorum qui vocati & inuitati fuerint, ſtatuta à Parocho hora congrua proceſsionis ordine in parochialem Eccleſiam conueniant, vnde omnes ordine procedentes, biniq; domum defuncti adeant, à qua pſalmos, aliaſue ſacras, & ſtatas prçces recitantes mortuum ad ſepulturam comitentur, grauiter tamen, & modeſtè ad præſcriptum proceſsionis exemplum. Quod ſi in Ciuitate Cathedralis Eccleſiæ capitulum ad funus euocatum fuerit, tunc ob ipſius Cathedralis reuerentiam dignitatem clericos omnes ſeculares qui inuitati fuerint in ipſam Cathedralem conuenire volumus ab ipſaq; egredi, ſupraſcripto ordine ſeruato, cum defuncti domum adeundum erit, vt eius cadauer efferatur.

c. Qui diuina 13. q. 2.

Tit. prçcedenti, cap. 5.

CAP. XI.

Syn. Flor. vbi ſup. c. 4.

CLERICI ſeculares veſte talari ſuperpelliceo, ac clericali bireto, ſeu alio, quo vti in Eccleſia poſſunt habitu induti in funere ſint, Et ſi tempus pluuiale fuerit, vt ſuper cotta pallium, & ſuper bireto galerum ferre poſsint, permittimus.

CVM

Digitized by Google

CAP. XII.

CVM ad Eccleſiam in qua tumulandus erit defunctus peruentũ fuerit, Clerici omnes tàm Regulares quàm Seculares aliiq; ad funus conuocati, ſuo ordine luminibus ſeu candelis accenſis corpus circunſtent, ac inſtituta officia ceremonias & ritus, vt in Rituali ſacramentorum habetur, tàm in Eccleſia quàm extra nihil pœnitus addendo vel immutando ad vnguem celebrent & perficiant, ea modeſtia, deuotione & religione, vt ad pietatem & defunctorum ſuffragia, ſicut verè ſunt, non autem ad quæſtum, vt impie blaſphemant hæretici, inſtituta eſſe videantur, & vt populus ad libentius orandum pro defuncti vel defunctæ anima inuitetur, ab exequiis non diſcedant, quin prius abſoluatur officium, & corpus ſepulturæ mandetur, tuncq; omnes ordine quo venerunt, ad ſuam Eccleſiam reuertantur. Quod ſi Cathedralis Eccleſiæ capitulum aderit ad Eccleſiam ipſam cathedralem ab omnibus clericis reducatur vt de proceſſionib. dictum eſt. Qui contrafecerit, vt Synodo prouinciali Florentina cauetur, portione ex funere adepta, ſeu ei' compenſatione pauperibus pro defuncti ſuffragio tribuenda priuetur, aliiſue pœnis arbitrio noſtro puniatur.

Syn. prou. Fl. d. c. 4.

Sup. tit. præcedenti c. 2. Syn. Fl. ibid.

CAP. XIII.

AD funus illi tantum accedant, qui vocati fuerint, defunctiq; hæredibus liberum ſit tot ex clericis tàm Regularibus quàm Secularibus euocare quot eis videbitur; Quod ſi plures acceſſerint, nulla eis ſub pœna excommunicationis eleemoſina largiatur, vt eam illis quoque denegari mandamus, qui & ſi inuitati fuerint, re ipſa tamen funeri non interfuerunt: Eleemoſina verò quæ vltra ceram datur, non in Eccleſia cœmeterioue, aut ſpectante populo, ſed in loco ſeparato peractis officiis diſtribuatur.

Ita cẽſuit Cõgreg. Epiſc. ſuper reſolutione quarũdam cõtrouerſiarũ inter Regulares Ciuitatis Mediol. & eiuſdẽ Archiepiſc. die 2. Iulij 1587. Ita etiã reſpõdit an. 1581. Epiſc. Montis peſſulan.

Digitized by Google

CAP. XIIII.

CANDELAS omnes, cereos atque funalia quæ circa Crucem & cadauer ad Eccleſiam accenſa deferuntur, & alia quę circa feretrum in Altaribus, ac reliquis Eccleſiæ locis dum diuina officia in funere peraguntur, hæredum impenſa accenduntur. declarationi in Synodo Florentina factæ adherentes, ipſo iure ad Eccleſiam illam pertinere decernimus, in qua defunctus ſepelitur, ſine tamen preiudicio quartę debitæ Eccleſiæ Cathedrali, ſeu parochiali, cui totius illius accenſæ ceræ quartam partem perſolui abſque aliqua diminutione declaramus, & ideo prohibemus ſub pœna excommunicationis, ne quis pręter deputatos, cereos, candelas & funalia prædicta extinguat, & auferat vllo modo, ea intentione, vt in ſuam conuertat vtilitatē.

Syn. Flor. d. cap. 4.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. c. Certificari, & c. in noſtra de ſepul. Clem. dudum §. Verum, & ibi gl. eod tit. c. cum quis eod. tit. in 6.

CAP. XV.

NVLLVS, nec Clericus, nec laicus ſub pœna legis & excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & aliis arbitrio noſtro infligendis mortuum vnquam ſpoliare, aut pileum, biretum, calceos, chirotecas, vel quid aliud inuitis hæredibus eidem eripere audeat, ſed veſtes, ornamenta, & alia omnia eius generis iis, ad quos pertinent, relinquantur, & cum licentia parochi ab Eccleſia extrahi permittantur.

L. 3. §. aduerſus de ſepulc. viol.

Syn. Flor. d. c. fin.

CAP. XVI.

CANONICIS aliiſue in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, (quando omnes de Capitulo inuitati ſunt) & Parochis duæ ſemper candelæ dentur, ex his quæ cæteris præsbiteris dari ſolent: Quò verò ad alias eleemoſinas idipſum in Ciuitate & Diœceſi ſeruetur, quod hactenus ſeruatum fuit, nec quiuis audeat etiam minimum petere ſub arbitrii noſtri pœna.

MVLIE-

CAP. XVII.

MVLIERES in primo & ſecundo conſanguinitatis, & affinitatis gradu coniunctę non permittantur comitari cadauer, aut Eccleſiam tunc temporis ingredi, ne fœminis eiulatibus, palmarum tunſionibus, ac ſtridulis lamentationib. pias Sacerdotum preces perturbent. c. Habent, & c. qui diuina 13. q. 2.

CAP. XVIII.

NEMINI liceat funebres orationes in mortuorum laudem recitare, niſi prius orationes ipſæ à nobis probatę ſubſcriptæq; fuerint.

CAP. XIX.

QVONIAM defunctorum hæredes, aut propinqui in ruribus & villis, aliiſue locis, vbi copia Sacerdotum non habetur, ſacerdotibus ipſis ex locis finitimis ad exequias ſeu anniuerſaria conuenientibus prandium exhibere ſolent, Mandamus vt de cœtero prandium ipſum non in domo hęredum defuncti, non in Eccleſia, nec alibi quàm domi ipſius parochi in cuius Eccleſia diuina celebrantur officia ipſorum hæredum ſumptibus paretur, Sacerdotes verò inuitati, ne plus commeſſationibus, & ebrietati, quàm piis precibus & pietati ſtudere videantur, euigilent, vt omnibus clarum modeſtię & ſobrietatis exemplum relinquant. c. Nullus pręsbiteror. d. 44.

CAP. XX.

IN Oratoriis Confraternitatum laicorum nemini liceat cadauera ſepelire etiam confratrum abſque licentia noſtra in ſcriptis obtenta, tuncque quartam Canonicam portionem parochiali Eccleſię debitam ipſi Eccleſiæ integram perſolui volumus & mandamus ſub pœna Eccleſiaſtici interdicti, cui eo ipſo oratoria præfata ſubiaceant, ſi quo modo contra hoc decretum factum fuerit. Faciunt loca ſupra citata cap. 14.

Digitized by Google

CAP. XXI.

CEREI, candelæ & ſunalia quæ in Anniuerſario omnium fidelium defunctorum ſuper ſepulturis in Eccleſiis, & Cœmeteriis accenduntur, illius Eccleſiæ Sacriſtię acquirantur, in qua vel in cuius cœmeterio accenſa fuere, nec aliquo pacto per Clericos alioſue auferantur ſub pœna excommunicationis.

CAP. XXII.

IN libro quem quilibet Parochus pro deſcribendis defunctis habere tenetur, defunctorum deſcriptio fiet hoc pacto videlicet.

Anno—die—Menſis—N. filius N. ætatis N. vltimo loco moram trahens in domo N. ex infirmitate N. mihi N. eius parocho, vel N. confeſſario probato, confeſſus die—Sanctiſsimoq; Sacramento pro viatico refectus die—& ſacri olei vnctione roboratus etiam per me die—& dum agonizaret, præcibus præſcriptis, & aliis etiam adiutus ad animæ ſuæ commendationem per me die—hora—in communione Sanctæ Matris Eccleſię animam reddidit, cuius corpus hodie die—hora—ſepultum eſt in Eccleſia N. in ſepulchro ſuorū maiorum, vel in ſepulchro N.

Si vero alibi deceſſerit nuntio certo mortis allato, nuntii nomen, locique vbi rita functus ſit, ſic exprimantur.

Anno—die—Menſis—Ego Rector huius Eccleſiæ N. ex N. filio N. fide digno accepi N. filium N. parochianum meum in communione Eccleſiæ deceſsiſſe hoc ipſo anno, vel anno—die—Menſis—ibiq; corpus eius fuiſſe traditum ſepulturæ in Eccleſia S. N. d. Ciuitatis vel dicti loci N.

Si defunctus interdictus, aut excommunicatus fuerit, ſic ſcribatur.

Non fuit Eccleſiaſticę ſepulturę traditus, quia deceſsit interdictus, aut excommunicatus.

Qui negligentes fuerint, vnius aurei pœna pro quolibet defuncto non deſcripto mulctentur.

VT

Digitized by Google

CAP. XXIII.

VT tollatur abuſus quidam indecens quo Eccleſiarũ parietes deformantur, dehoneſtanturq; & aſpicientium oculi offenduntur, diſtrictè præcipiendo mandamus, ne quis cuiuſuis ſtatus & conditionis ſit, de cœtero audeat ſub decem aureorum pœna & excommunicationis eò ipſo incurrendę, in parietibus aut columnis Eccleſiarum nomina mortuorum, aut quęuis alia monumenta deſcribere, aut quid prophanum, vel indecens pingere, vt hactenus in multis Eccleſiis, & oratoriis factum fuiſſe perſpeximus.

DE FVNERE CLERICORVM Rub. XXXXIII.

CAP. I.

IN funere Clericorum ea omnia ſeruentur, quæ ſuperiori titulo dicta ſunt, his tamen additis, quod Clericum mortuum clericali veſtitu, ordini ſuo conuenienti indui volumus, & ad Eccleſiam efferri, ſi Sacerdos fuerit, à Sacerdotibus, ſi Diaconus à Diaconis, ſi Subdiaconus, à Subdiaconis, ſi ſimplex Clericus, à ſimilibus Clericis ſuperpelliceo, & Clericali bireto indutis. Quod ſi tot non extent Diaconi, Subdiaconi & Sacerdotes quot ſatis ad ſui ordinis mortuum ad Eccleſiam efferendum, adhibeantur tot Clerici minorum ordinum, quot deerint maiorum, hoc tamen ſeruato, vt Sacerdotes Diaconũ, Diaconi Subdiaconum, & Subdiaconi Clericos ſimplices non efferant. Canonicorum verò defunctorum corpora ab vltimis Canonicis ſuſcipi volumus, & ab aliis inde Sacerdotibus ad ſepulturam Eccleſiaſticam deferri. Qui magiſtro Chori, vel eius ſubſtituto iuſſus id facere recuſauerit, vel diſtulerit, pœnam vnius aurei ſtatim incurrat.

IN

Digitized by Google

CAP. II.

IN exequiis Sacerdotum & aliorum qui ſunt in ſacris ordinibus conſtituti, officium illud celebretur, quod in Rituali Sacramentorum habetur, & qua decet chriſtiana pietate ac religione.

CAP. III.

NVLLVS Sacerdos ſeu clericus de cœtero iis veſtibus ſacris amictus ſepeliatur, quę illius Eccleſiæ ſint, cuius ipſe Rector vel Miniſter erat, niſi eidem Eccleſiæ tantundem ab hæredibus ipſius Sacerdotis, vel Clerici defuncti reſtituatur, vel reſtitui infra menſem ad ſummum præſtita cautione promittatur.

CAP. IIII.

Fuſc. lib. 2. c. 25. num. 12.

PAROCHI in parochiali Eccleſia, alii vero beneficiati (alia non electa ſepultura) in ea Eccleſia humentur, in qua beneficiũ ſeu præbendã tempore mortis obtinebãt.

DE CELEBRATIONE DIVInorum officiorum. Rub. XXXIIII.

CAP. I.

QVI ad diuini Romani officij recitationem in Ciuitate, ac Diœceſi noſtra Collenſi aſtringuntur ex ordine Calendarij noſtri noſtræq; Eccleſiæ inſtituto, quod à communi Eccleſiæ Romanæ inſtituto non diſcedit, illud omnino recitent, alioquin ſciant ſe oneri ac muneri dicendi officium ſibi iniuncto nõ ſatisfacere & vltra peccati mortalis reatum, ſi beneficiati ſint,

Digitized by Google

ſint, ad fructuum etiam perceptorum reſtitutionem pro rata temporis, quo officium ritè non recitauerint vt paulo infra demonſtrabitur omnino teneri.

CAP. II.

AD ipſum officium diuinum ſingulis diebus recitandum, tenentur Clerici omnes in ſacro ordine conſtituti, ac beneficium quodcumq; Eccleſiaſticum, etiam ſi nullum habeat onus annexum, obtinentes. Quorum ſi quis nulla iuſta cauſa impeditus illud recitare omiſerit, ſi nullum habuerit beneficium mortalis peccati culpam incurret, & à Nobis, ſi id probari poterit, grauiſsime punietur. Sin autem beneficium obtinuerit, ſi poſt ſex menſes à die obtenti beneficii illud non recitauerit, is vltra mortale peccatum, fructus beneficii pro rata omiſsionis officii & temporis amiſiſſe ſciat. Primis autem illis ſex menſibus & ſi fructus non amittat, niſi legitimum impedimentum illum excuſauerit, nihilominus graue ſe peccatum intelligat admiſiſſe.

Gloſ. in c. 1. in gloſ. fin. de celebr. Miſſ. & Abb. d. c. r. 4 Fuſc. de viſ. lib. 1. c. 20. n. 16. c. fin. de reſcript. in 6. Cauſas excuſantes à recitando affert Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 100. cum quatuor ſeq. Ex Cōc. Lat. ſub Leone X. & cōſt. Pij V. infra c. proximo relatis.

CAP. III.

AT quoniam per Lateranenſe Concilium ſub Leone X ſeſſ. 9. de refor. curiæ, & nouiſsimè per conſtitutionem fel. recor. Pij V. latiſsimè declaratur quas pœnas peccata incurrant, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, officium diuinum ſingulis diebus recitare negligunt; Vt cognitis pœnis, iacturaq; intellecta, quæ ex officii omiſsione proueniunt, earum ſaltem metu ab ipſa abſtineant omiſſione, Canonem prefati Lateranenſis Concilii, & conſtitutionem ipſam Pij V. hic inſerere curauimus. Canonis autem tenor hic eſt.

Incip. ex Proximo ædit. 12. Cal. Octobr. 1571.

Statuimus & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus non faciat pro rata omiſsionis officii & temporis, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum vel pauperum eleemoſi-

nas

nas erogare teneatur, ſi verò vltra dierum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium, intelligatur autem officium omittere quoad hoc, vt beneficio priuari poſsit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit.

Conſtitutionis verò tenor eſt infraſcriptus.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranenſi Concilio pia & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium Eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes quàm illud obtinuerit diuinum officium legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſsionis officii & temporis ſuos non faciat, ſed eos tanquam iniuſtè præceptos in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur cuiuſmodi ratæ prædicta ratio ſit habenda, Nos huic rei euidentius atque expreſsius prouidere volentes, Statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficii, ſeu beneficiorum ſuorum fructus qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur, qui verò Matutinum tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat, Tametſi aliquis Choro addictus non recitans, omnibus horis canonicis cum aliis pręſens adſit, fructuſq; & diſtributiones fortè aliter aſsignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucro feciſſe prętēdat. Is etiam pręter fructuum & diſtributionum amiſsionem; Item ille qui primis ſex menſibus officium nō dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes pręſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes cum prædictis pariter contineri. At quicumque penſionem fructus, aut alias res Eccleſiaſticas

Digitized by Google

cas vt Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ MARIAE Virginis decernimus obligatum, & penſionis, fructuum, rerumq; ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo hominum liceat &c.

CAP. IIII.

QVO verò ad Dignitates, & Canonicatus in noſtra Cathedrali Eccleſia obtinentes, Statuimus, vt ipſi Matutinum, cæteraq; horas canonicas quotidie in Choro Eccleſię perſoluant, Miſſamq; celebrent per ſe ipſos canendo, ac Dei nomen reuerentur, diſtinctè, deuoteq; laudando, iuxta ea, quæ alias ex præſcripto Sacri Tridentini Concilij vnà cum duobus de Capitulo ordinauimus. Seſſ. 24. c. 12. de refor. gen.

CAP. V.

IN ſingulis Sabbati diebus hora Completorij non ſolum in Cathedrali, verum quoque in ſingulis parochialibus Eccleſiis tàm Ciuitatis, quàm Diœceſis pia ſanctaque hæc conſuetudo decantandi Antiphonam, Salue Regina, vel aliam iuxta temporis rationem in laudem Beatæ MARIAE Virginis introducatur; Feſtis præcipue Dominicis, & ſolemnibus in parochialibus Eccleſiis præmiſſo campanæ ſigno Veſperæ cantentur à Parochis talari veſte, ſuperpelliceo, & clericali bireto indutis, quod ſi neminem habeant, à quo poſsint adiuuari, iidemmet nihilominus voce ita clara recitent, vt commode à præſentibus laicis audiri valeant ob idq; vbi facultates Eccleſiarumq; fructus ſuppetunt, quilibet parochus clericum ſibi cum omni honeſtate & caſtitate erudiendum prouideat. c. Vt quiſquis de vita, & honeſt. Cleric.

CAP. VI.

MISSÆ, Veſperæ, Completoria, aliaue diuina officia cum in parochialibus, aliiſue Eccleſiæ erunt decantanda, id horis debitis & ſignis, congrua campanarum pulſatione præmiſſa fiat, ad eaq; clerici, qui abſque veſtibus Conc. Oxonien. c. 7. in fi.

Digitized by Google

Conci l. Baſi-lien. ſeſſ. 21. cap. 17. c. Dolẽtes de celebrat. miſ. Clem. 1. eo ti. Concil. Treuerẽ. celebratum an. 1549. c. 5. 6. & 7. Conc. Cõſtãtin. 3. cap. 75. Fuſc. de viſit. lib. 1 cap. 20. n. 5. 13. & 14.

ſuperpelliceo, clericali tonſura, & bireto eorum ſtatui, & ordini conuenienti ſint, nullatenus admittantur. Miſſas verò & officia prædicta non curſim, & feſtinanter, ſed ſtudioſe, pie, ac reuerenter nec non tractim & diſtinctè, voceq; graui & honeſta, & cum decenti pauſa, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorum, debitam inter ſolemne, ac feriale officium differentiã faciendo, cantare, recitare, & abſoluere curent, nequaquam ſublato in altum clamore, ſeu inordinatis vociferationibus, nec vel inſanire, vel animi laſciuia geſtire, potius quam feruore ſpiritus exultare videãtur.

CAP. VII.

c. 1. De vita, & hon. cleric. c. Sacerdotũ, de cõſec. d. 2. Conc. Cõſtantin. 3. cap. 69. Conc. Turon. 2. cap. 4.

A RISV, ſomno, iocis, rixis, aliiſque omnibus, quæ diuinum poſsint perturbare officium, aut laicis, præcipue ruſticis qui facile ſcandalizantur, offenſione, aut ſcandalo eſſe, ſeu diuinam Maieſtatem offendere omnino abſtineãt; In omnibuſq; ſe adeò attentos, & intentos diuinis laudibus præbeant, vt audientes quoque ad pietatem, religionem, deuotioniſq; & attentionis ſtudium inflamment. Quod vt liberius, faciliuſque exercere valeant, in eo loco, vbi ipſi Deo pſalmodias offerunt, laicos nequaquam conſiſtere permittant.

CAP. VIII.

Conc. Tr. ſeſ. 22. §. ab Eccleſiis de obſ. & euitan. Fuſc. vbi ſup. num. 35.

MVSICAE illæ in quibus ſiue organo ſiue cantu laſciuum, aut impurum aliquod miſcetur, aut quid ſeculare, & aliud quàm cantus Eccleſiaſticus reſonat ab Eccleſiis omnino arceantur, ne in domo Domini laſciuia magis, quàm pietas & deuotio excitetur, ſed cãtus & ſonus grauitatem & pietatem præſeferant, ſintq; laudibus diuinis accõmodati, & eiuſmodi, vt verba facile intelligantur, & quandocumq; in Eccleſia organo ſonante concinitur, à cantoribus in choro diſtinctè, voce ſubmiſſa, clara tamen, vt ab omnibus ibi exiſtentibus percipiantur verſiculi, antiphonæ, & quæcumq; alia recitentur, quæ organo pulſantur.

NOBIS

Digitized by Google

CAP. VIIII.

NOBIS Miſſam ſolemniter celebrantibus, aut Pontificalia exercentibus, non ſolũ Dignitates, Canonicatus, aut quæuis alia beneficia in Cathedrali Eccleſia obtinẽtes, ſed cæteri oẽs tùm Sacerdotes, tùm Clerici in aliis inferioribus ordinibus cõſtituti Ciuitatis diligenter interſint, inſeruiantq;, vbi eorum opera opus erit, etiã ſi ipſius Cathedralis ſeruitio aſcripti non ſint. Quod ſi quis legitimo impedimento à Nobis comprobando ceſſante parere neglexerit, ſi Canonicus, aut Dignitas fuerit, pro prima vice duorum aureorum pœna mulctabitur, pro ſecunda pœna duplicabitur, creſcente verò contumacia contra eũ ad carceris pœnam, & ad alias arbitrarias procedetur, ſi fuerit alius arbitrarie punietur.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. §. omnes verò de refor. gen.

CAP. X.

CLERICI beneficiati, cæteriue omnes maioribus etiam presbiteratus ordinibus inſigniti Dominicis aliiſque feſtis diebus in cathedrali Eccleſia in Ciuitate, in Maiori verò extra eam, maxime ſi ipſarum Eccleſiarum ſeruitio quomodolibet in eorum ordinatione fuerint aſcripti, Veſperis, Miſſę ſolemni, ac proceſsionibus, ſuperpelliceo, veſte talari, clericalique bireto induti interſint, niſi alij Eccleſiæ, in qua Veſperæ & Miſſa pariter decantentur obſtricti ſint: propterea Sacerdotes, qui pręfatis diebus alibi ſacrum facere tenentur, ita tempeſtiue, & oportune celebrare ſtudeant, vt populo ſatisfaciant, & debito, conuenientiq; tempore in ipſa Cathedrali, aliiſque maioribus Eccleſiis ad ſolemnem Miſſam decantandam conuenire valeant. Minorum autem ordinum Clerici, cuiuſcumque ſint ordinis, & conditionis, non ſolum præfatis diebus in Cathedrali Eccleſia in Ciuitate, & in Maiori per Diœceſim Miſſæ ſolemni, Veſperis proceſsionibus intererunt, ſed Eccleſiæ etiam cuius ſeruitio in eorum ordinatione fuerunt aſcripti eodem habitu amicti deſeruient ſuas rite functiones obeũdo. Qui impedimento ceſſante non paruerint, & pœnas in iure contentas luent, & ſi hactenus in præsbiteratus ordine conſtituti non ſint, ad ulteriores nequaquam promouebuntur.

Concil. Conſtantin. 3. c. 8. Con. Tolet. 1. cap. 5. Conc. Venetic cap. 14. Concil Agat. cap. 64 Diſtinct. 92 c. fin. 7 q. 1. cap. Si quis in Clero. Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 16. de refor. gen.

CAP. XI.

CLERICI Eccleſias, cappellas, ſeu beneficia quomodocumque obtinentes, ſi ad aliquam Miſſarum celebrationem ipſarum Eccleſiarum, ſeu beneficiorum ratione tenentur, ea per ſe, vel per alios idoneos omnino celebrent iuxta ea, quæ ſupra decreuimus. Sin verò nullum eis onus annexum eſſe appareat, cum credendum minime ſit, quod abſque aliquo Miſſarum onere fundata, ſeu dotata fuerint, ſed vt potius memoria deperdita ſit ob temporis vetuſtatem Rectorumq; iniuriam, ſtatuimus, vt Eccleſias ſeu beneficia ſine cura, quorum onera ex auctenticis documentis fundationum ſeu dotationum non apparent, obtinentes aut de cœtero obtenturi pro quantitate fructuum onera ſubire teneantur. Ob idq; declaramus, vt pro quolibet vicenorum aureorum numero, ſingulis hebdomadis Miſſam vnam celebrare per ſe, vel per alios idoneos teneantur in ipſis Eccleſiis, ſeu cappellis, ſicque pro rata fructuum Miſſarum onus vſque ad tres Miſſas ad ſummum, pro qualibet hebdomada augeatur. Qui contrafecerint, pœnis iiſdem ſubiaceant, quibus eos ſubiacere ſtatuimus, qui ad Miſſas celebrandas iiſdem cauſis tenentur.

Sup. de obſeruan. & cuit. in celebr. Miſſę, cap. 24.

Vide ſup. eodem cap. 23.

DE FESTIS DIEBVS RITE ſeruandis. Rub. XXXV.

CAP. I.

CVM mirum in modum deſideremus, vt dies Dominici & alii feſti, qui præcipue inſtituti ſunt, vt Miſſa audiatur, & ab operibus ſeruilibus exterioribus quæ miniſterio corporis exercētur abſtineatur, & conſequenter, vt homo ipſis diebus Deo vacet ipſo fruatur, & in ipſo conquieſcat, piè ſanctęq; ab omnibus ſeruentur, ea omnia de medio tollere duximus, quę vel

Nau. in Man. c 12. num. 2. verſic. tertio quod.
Conc. Matiſcon. 2. c. 1.
Thom. 2. ſec. q. 122. art. 4. ad 4.

ipſorum

Digitized by Google

ipſorum obſeruantiam impedire vel remorari poſſe putamus. Qua propter edictum ſuper feſtis diebus rite ſeruandis, atque colendis alias in hac Ciuitate iuſſu noſtro publicatum in hac Diœceſana Synodo innouare, & inter has conſtitutiones cum quibuſdam additionibus inſerere ſtatuimus, Parochis omnibus præcipientes ſub arbitraria pœna, vt prima die Dominica poſt harum Conſtitutionum receptionem, & inde ſingulis annis in feſto Epiphaniæ hoc edictum ſuis parochianis inter Miſſarum ſolemnia perlegant, ipſiuſque exemplum ad valuas parochialium Eccleſiarum affigant, de affixioneque prædicta Nos certiores reddant, ne quis ignorantiæ clypeo tueri ſe valeat, ſi tranſgredi aliquo pacto deprehenſus fuerit.

Editto per l'oſſeruanza delle Feſte nella Città, & Dioceſi di Colle.

APPARTENENDO l'oſſeruanza e ſantificazione delle feſte principalmente al culto di DIO eſteriore che conſiſte nello vdire la Meſſa, & aſtenerſi dall'opere ſeruili, e per ragione e riſpetto del fine appartenendo anco al culto interiore, che conſiſte nel celebrar le lodi di Dio, e de Santi, nel meditar la vita, morte, & ogni azzione del Noſtro Signore Gieſù Chriſto, e nel render grazie à Sua Diuina Maeſtà delli infiniti benefizii da eſſa riceuuti, & nell'eſercitare opere di vera pietà & chriſtiana Religione, & eſſendoci l'oſſeruanza di eſſe feſte (oltre al precetto di ſantificarle contenuto nel Decalogo) comandato anco per molti Canoni antichi, per il ſacro Tridentino Concilio, & vltimamente per vna Conſtitutione della ſan. mem. di Pio V. che comincia, Cum primum, data in Roma il primo d'Aprile dell'anno 1566. nella quale ſtrettamente ſi comanda a gl'ordinarij de' luoghi, che ſotto graue pene debbino fare oſſeruare e ſantificare tutte le feſte comandate dalla Santa Chieſa, e che per conſuetudine de luoghi ſono ſolite ſantificarſi; Et hauendo Noi vedu-

Nauar. in Manua. vbi ſup.

Thom. vbi ſup.

Deut. 5. B. 14. C. 1. cap. licet de fer. c. pronunciandum de cõſec. d. 3. cum aliis infra citatis. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de re. for. gen. de delec. cib. ieiun. & feſt.

Digitized by Google

to, e vedendo tuttauia con grandiſsimo noſtro diſpiacere li molti abuſi introdotti contro l'oſſeruanza & ſantificazione di eſſe feſte nella Città & Dioceſi di Colle, li quali oltra lo ſcandolo che apportano à quelli che deſiderano di viuer religioſamente, & alli viandanti e foreſtieri che praticano, e paſſano giornalmẽte per la Città e luoghi della Dioceſi, ſono anco di grande impedimento e diſturbo alla loro debita e conueniente ſantificazione, e cagione potiſsima di molti flagelli, e gaſtighi, che N. Signore Dio ci manda giornalmente, e deſiderando Noi per debito del noſtro paſtorale offizio prouedere, e con ogni noſtro potere togliere via cotali abuſi, e corruttele, per queſto noſtro preſente bando & editto in eſecuzione della detta Conſtituzione, Canoni, e Concilio ordiniamo & prohibiamo come di ſotto.

c. Cõqueſtus de fer. d. cap. pronunciãdũ de cõſ. diſt. 3. Conc. Aurelian. 3. c. 27. Conc. Antiſiod. c. 16. Conc. Cabilonen. c. 18. Conc. Arelaten. 3. cap. 15. Concil. Mogunt. 1. c. 36. & 37.

Che neſſuno di qualſiuoglia ſtato, grado, ſeſſo ò condizione ſi ſia ancorche foreſtiero ardiſca, ò preſuma ne' giorni di feſta comandati dalla Santa Chieſa, ò ſolite oſſeruarſi per voto publico ò conſuetudine d'alcun luogo, fare alcuna opera ruſticale, mechanica, ò ſeruile, ò vero eſercitare alcuna profana negoziazione nella Città, ò altro luogo della Dioceſi, eccetto che nelli caſi che ſi dirà piu di ſotto.

Che non ſia lecito tener le botteghe aperte, eccetto che nelli infraſcritti caſi, e trouandoſi aperte, ſia tenuto alla pena il padrone di bottega, ancor che dal figliuolo, garzone, ò altro miniſtro fuſſe ſtata ſenza ſua ſaputa aperta detta bottega.

Che non ſia parimente lecito, macinare, cuocere il pane eccetto che nelli caſi di neceſsità, e quãdo fuſſero piu giorni di feſta continui, & all'hora con licenzia come di ſotto.

d. cap. 1. & d. c. conqueſtus de feriis. l. omnes, la prima, & 2. C. de fe. Cõc. Arelat. 3. cap. 16. Conc. Turonen. tempore Caroli Mag. cap. 40.

Ceſsino in tali giorni li ſtrepiti di giudizii, non ſi celebrino contratti eccetto che di paci, ſpouſali, matrimonii, e coſe che riguardino cauſe e negozii ſpirituali, Non ſi faccino eſecuzioni ò catture ſe non in cauſe criminali, & in caſi permeſsi dalle leggi tanto ciuili quanto canoniche.

Non ſi venda ò comperi alcuna coſa, ne alle botteghe, ne altroue, eccetto che à minuto, e per vſo di quel giorno, come pane, vino, oua, frutti freſchi, herbaggi, hortami, latticinii freſchi, come coſa di molta neceſsità, e che facilmente

li

ſi corrompono; vccelli, ſaluaticine minute, pollaſtrelli,& coſe ſimili,maſsime per biſogno delli infermi, per li quali ſi potranno anco vendere e comprare ſciroppi, medicine, & ogni altra ſorte di coſa neceſſaria per la loro curazione,e nelli giorni predetti quando ſarà vietato il mangiar carne, ſi potrà nelli luoghi ſoliti vendere e comprare ogni ſorte di peſce, pur che ne ſopradetti caſi non ſi laſsi mai di ſentir la Meſſa. l. Omnes, la prima, C.de fer. Conc. Aurelian.3.c.27.

Per vſo e neceſsità de poueri concediamo alli Speziali, Pizzicagnoli,e Macellari,che vno di loro per feſta poſſa tener la bottega aperta à ſportello ſenza far moſtra veruna della Roba di loro bottega, e vendere à minuto à chi vorrà comprar da loro coſe per vſo e neceſsità di quel giorno,pur che prima habbino vdito la Meſſa ſecondo l'ordine che ſe gli è dato. Ma alli panattieri ſi permette che poſsino tutti vendere d'ogni tempo, tenendo però la bottega ancor loro aperta ſolo à ſportello.

Non ſi carreggi,ò vettureggi alcuna coſa,eccetto che da vetturali e mulattieri che ſono in camino, a' quali ſarà lecito continuare il lor viaggio, ma non gia cominciarlo nel giorno di feſta, eſortandoli nondimeno ad vſare ogni diligenza per ſentir prima la Meſſa.

Non ſia lecito in tali giorni publicamente,ò priuatamente nell'hoſterie,ò altroue giucare à giuoco alcuno di carte, dadi,ò altro prohibito ſotto pena di ſcudi dieci tanto à chi giucherà,quanto à chi permetterà che ſi giuochi nelle loro caſe, hoſterie ò botteghe. Ne ſia lecito giucar vicino alle Chieſe 40.braccia almeno,à palla,pallone,maglio,girella, ò qualſiuoglia altro giuoco ſimile,ne meno ſia lecito ballare,cantare,ò ſonare piſferi, arpe, liuti, cornamuſe, ò altri profani inſtrumenti, che per ordinario ſogliono eſſere di grandiſsimo impedimento à quelli che in tal tempo ſi trouano in Chieſa ad orare, & à chi per tale effetto vorrebbe andarui; Et mentre ſi celebrano li diuini offizii non ſia lecito fare alcuna delle ſopradette coſe etiam fuor del ſuddetto aſſegnato termine. c. Irreligioſi, de conſ. d.3. Cõcil. Cabilon.c.19.

Neſſuno in tali giorni ſi ſtimi lecito il far maſchere (il che ſi prohibiſce anco nelli giorni di Venerdi) ne in publi- l. Omnes, el 2.C.de fer.

co,

co, ne in priuato, far comedie, ò altri vani ſpettacoli, ne alli Ciurmadori, Zanni, & Saltambanchi ſia pemeſſo ò vero lecito, ſaltare in banco, ò vendere alcuna coſa ancor che ſpirituale, ò medicinale.

Sarà ben lecito in detti giorni, anzi debito di ciaſcuno (ſi come noi gl'eſortiamo nelle viſcere del Signore) frequentar le Chieſe, attender deuotamente a gl'offizii diuini, occuparſi nel ſeruizio di Dio, & in opere ſpirituali e ſalutifere, laſciando ogni ſorte di vizio e peccato.

Sarà lecito anco nelli giorni predetti continuar quelle opere cominciate il giorno precedente alla feſta, le quali ricercano continuata operazione, e che non ſi poſsino intermettere ſenza euidente danno, e pregiudizio, come il cuocer calcina, mattoni, e coſe ſimili.

Sarà parimente lecito alli Maneſcalchi per neceſsità di paſſeggieri, ferrare in tali giorni gl'animali loro che n'haranno biſogno, e medicar anco ogni ſorte di beſtie.

Nel contado & Dioceſi ſarà permeſſo, che in detti giorni doppo veſpro, & anco prima (ſe coſi ricercherà il biſogno) ſi poſsino riuoltar le ricolte, cuſtodire li fieni, legandoli & abbarcandoli, ſegare, legare, & abbarcar li grani, & altre biade, quando però il differire ad altro tempo portaſſe ſeco incommodità, pericolo e danno, di che ci rimettiamo alla coſcienza delli iſteſsi operarii, e lauoratori, e quanto alli grani nel tempo delli eceſsiui caldi, ſi permette anco che ſi faccia il medeſimo la mattina per il freſco, pur che in ogni caſo non ſi laſci mai d'vdire la Meſſa. Si permette parimente che vdita la Meſſa poſsino coglierſi e portar herba e foglia per li buoi & altri animali.

Ex Conſt. Pij V. ſupra citata d.c.1. de fe.

Occorrendo feſta nelli giorni ſoliti di farſi li mercati, ſi anticipi facendogli il giorno auanti non impedito, come parerà piu commodo alle Comunità de luoghi, doue ſogliono farſi li detti mercati, & occorrendo far'alcuna fiera di quelle che ſogliono farſi vna volta l'anno, come accade per il concorſo del popolo, à qualche deuozione, ò per altro riſpetto, ſi potrà in quel giorno iſteſſo, ancor che di precetto ſi debba guardare, far tal fiera, e vendere e comprare, pur che ſi faccia dopo la Meſſa grande, e non prima come

molte

Digitized by Google

molte volte è ſtato reſoluto dalla ſacra Congregazione de Veſcoui, e che ſi auuertiſca di non vendere nelle ſcale, portici, atrii, cemeterii di Chieſe, ò in altri luoghi vicini a dette Chieſe à braccia dieci ò auanti le porte di dette Chieſe, che ſi dia impedimento alli Sacerdoti, e Cherici che celebrano le Meſſe & offizii diuini, ò chi vuole entrare & vſcir di dette Chieſe, ò chi iui ſi troua à far'orazione. Epiſc. Vercel len. ita reſpōdit die 7. Maii Sac. Congreg. ſuper negocus Epiſc.

Nel reſto quando occorrerà alcun biſogno potrà domandarſene licenza à Noi ò noſtro Vicario maſsime nella Città, & ne luoghi della dieceſi alli Curati, a' quali ſi da facultà di conceder licenze in ſcritto, ſecondo che conoſceſſero che il biſogno lo ricerchi, aggrauando la loro conſcienza, eccetto che quando occorreſſe caſo alcuno ſubito, repentino, & pericoloſo nel quale ſarà permeſſo, che per ſchifare il pericolo poſſa ciaſcuno operare à tutte l'hore ogni ſorte di opera, & ſoccorrere alla neceſsità con queſta condizione però, che ſiano tenuti (non potendo prima) almeno finita l'opera, pur che al piu non paſsi vn giorno andar nella Città dal noſtro Vicario, e nella Dioceſi dal ſuo Curato, & eſporre l'opera, neceſsità, e pericolo che lo ha indotto à far tal'opera, il qual curato s'informerà ben del fatto, auuertendolo come li parerà che conuenga, e trouandoli in errore, cene auuiſerà, altrimenti non andando dal Vicario noſtro, ò dal loro curato come di ſopra, ſaranno gaſtigati come violatori della feſta.

Chi contrauuerrà ad alcuno delli ſuddetti capitoli, ordini e prohibizioni incorra in pena di lire 25. oltra la perdita delle beſtie che vſerà a vettura, delle robe che porterà attorno cō eſſe, venderà, ò comprerrà reſpettiuamente, & inoltre gl'inſtromenti che vſerà per ſonare, & altre pene arbitrarie ſecondo la qualità della tranſgreſsione, e ſcandalo che darà, delle quali pene la quarta parte, oltra la cattura ſi darà all'eſecutore & accuſatore ſecreto ò paleſe, & il reſto ſi applicherà ad vſi pii ad arbitrio noſtro.

S'auuertiſce anco ciaſcuno, che le feſte cominciano dalla mezza notte del giorno precedente, e ſeguitano fino alla mezza notte del giorno iſteſſo della feſta, e ſi auuertiſce ancora che nel ſantiſsimo giorno di Natale di Noſtro Signo- Gloſ. in c. 1. de cōſ. diſt. 3. in verſ. Vſque ad c. 2. de fer. & ibi gl. i ver. pri' incipere.

re, nel primo giorno di Paſqua di Reſurrezzione, nel primo dell'Aſcenſione, nel primo della Pentecoſte, nel giorno del Corpo di Chriſto, in quello dell'Aſſunzione della Beata Vergine, di tutti li Santi, e nel giorno di Santo Fauſtino & Iouita non vogliamo che ſia lecito ad alcuno di tenet bottega aperta etiam delle permeſſe, ne tam poco vendere alcuna coſa, eccetto che in caſi vrgentiſsimi, da pane in fuora dopo Veſpro à bottega chiuſa, & il medeſimo s'intenda la mattina di quel giorno, nel quale ſi faranno proceſsioni publiche.

Zecchius de Epiſcopis c. 6. num. 16.

Et perche molte perſone la maggior parte Donne, che ò ſotto preteſto di pouertà, ò di fuggir l'ozio, non ſi fanno ſcrupolo alcuno di lauorar le feſte ogni ſorte di lauoro nõ ſolo dentro le caſe ritirate, ma (quel che è peggio) fuora anco per le ſtrade, e per li terreni delle loro caſe à porte aperte in gran detrimento delle anime loro, & ſcandolo publico, però volendo prouedere in vn medeſimo tempo alla pouertà, & alla conſcienza di queſte tale, & toglier via lo ſcandolo che ſi da, ſi concede che alle perſone biſognoſe, ſia lecito con licenza però del proprio Parochiano ò Confeſſore (la conſcienza de quali in tutto e per tutto incarichiamo) lauorare il giorno della feſtà dipoi che haranno vdito la Meſſa; e non mai prima, pur che lo faccino nelle caſe ò botteghe loro à porte chiuſe, & in modo tale che non poſsino eſſer vedute da alcuno, altrimenti ſi intendino incorſi nella pena impoſta contro li violatori della feſta.

Feſta autem quæ in Ciuitate & Diæceſi Collenſi ſeruari debent ſunt infraſcripta videlicet.

IANVARIVS.

1 CIRCVNCISIO D. N. Ieſu Chriſti Cal.
6 Epiphania Domini. Die VI.
17 S. Antonij Abbatis. Die XVII.

FEBRVA-

FEBRVARIVS.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis. Die II.
15 Sanctorum Fauſtini & Iouitæ mart. Titularium Cathedralis Eccleſię. Die XV.
24 S. Matthiæ Apoſtoli. Die XXIIII. Anno vero biſeſtili Die XXV.

MARTIVS.

19 S. Ioſeph Confeſſ. Die XIX. in Ciuitate, & comitatu.
25 Annunciatio B. Mariæ Virginis. Die XXV.

APRILIS.

25 S. Marci Euangeliſtę. Die XXV.

MAIVS.

1 Sanctorum Philippi, & Iacobi Apoſtolorum. Cal.
3 Inuentio Sanctę Crucis. Die III.

IVNIVS.

24 Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ. Die XXIIII.
29 Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. Die XXIX.
30 S. Martialis Apoſtoli. Die XXX. in Ciuit. & Comitatu.

IVLIVS.

So S. Iacobi Apoſtoli. Die XXV.

AVGVSTVS.

10 S. Laurentij Martiris. Die X.
15 Aſſumptio B. Mariæ Virginis Die XV.
17 S. Alberti Confeſſoris Archipresbiteri Collenſis. Die XVII.

Digitized by Google

XVII. in Ciuitate & comitatu.

24 S. Bartholomei Apoſtoli. Die XXIIII.

SEPTEMBER.

8 Natiuitas B. Mariæ Virginis. Die VIII.

21 S. Matthei Apoſtoli. Die XXI.

29 S. Michaelis Arcangeli. Die XXVIIII.

OCTOBER.

28 Sanctorũ Simonis & Iudę Apoſtolorum. Die XXVIII.

NOVEMBER.

1 Feſtum, ſeu ſolemnitas omnium ſanctorum. Cal.

11 S. Martini Epiſcopi Confeſſoris. Die XI.

30 S. Andreæ Apoſtoli. Die XXX.

DECEMBER.

21 S. Thomæ Apoſtoli. Die XXI.

25 Natiuitas Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Die XXV.

26 S. Stephani Prothomartiris. Die XXVI.

27 S. Ioannis Apoſt. & Euang. Die XXVII.

28 Sanctorum Innocentium. Die XXVIII.

31 S. Silueſtri Papæ & Conf. Die XXXI.

Item omnes & ſinguli dies Dominici, & ſi alia feſta ſint, quæ de conſuetudine ſeruentur in Diœceſi.

Paſcha Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti cum duobus diebus ſequentibus.

Dies Veneris Sancti in Ciuitate & Comitatu, & alibi per Diœceſim.

Aſcenſio Domini N. Ieſu Chriſti.

Pentecoſtes cum duobus diebus immediate ſequẽtibus.

Feſtum Sanctiſsimi Corporis Chriſti.

Rogationes per triduum mane, donec abſoluantur.

Dies demum feſti titulares & dies dedicationis vniuſcuiuſque

c. pronuncian dum de con. ſec. diſt. 3.

cuiuſque parochialis Eccleſię ſimiliter coli & ſeruari mandamus ſigillatim à parochianis; etiam ſi ex pręcepto generali, Eccleſiæ eorum ſanctificatio non præcipiatur, ingrati enim animi eſt, eorum feſta non colere, quorum patrociniis, ac precibus innumera à Deo Beneficia accipiuntur.

Concil. Magunt. 1. c. 36. Concil. Oxonien. cap. 2.

Dies verò feſti, quos in Ciuitate & Diœceſi ſeruandos eſſe ſtatuimus, & ſi ex præcepto non ſint, ab exemptis omnibus etiam Regularibus ex præſcripto ſacri Tridentini Concilij ſeruentur, colanturque.

Seſſ. 25. de regul. cap. 12.

CAP. II.

VT autem integra ac perfecta feſtorum notitia ab omnibus habeatur, Parochi tabellam infra menſem ſub vnius aurei pœna conficiant, in qua ordine quo hic deſcripta ſunt feſta tàm mobilia quàm alia notent, eamque in Eccleſia ad locum aliquem conſpicuum appendant, idemque faciant de Ieiuniorum diebus, quos vel in eadem tabella, vel in alia eodem ordine, & ſub eadem pœna infra eundem terminum deſcribent.

DE QVADRAGESIMA, Vigiliis, obſeruationeque Ieiunij. Rub. XXXVI.

CAP. I.

SACRI Tridentini Concilij, àc Sacrorum Canonum decretis innitentes, fideles omnes monemus & cohortamur, vt ea quę ad domandam & mortificandam carnem conducunt, præſertim ciborum delectum ac ieiunium omni ſtudio amplectantur; Et quo ad ciborum delectum per totam quadrageſimam, per Vigilias, & per quatuor anni tempora à carne, cæteriſque omnibus, quæ à carne trahunt originem, vt ab ouis, lacte,

Seſſ. 25. de delectu cib.

caſeo,

Digitized by Google

c.fin. diſt.4.c. Quadrageſima de cõſec. diſt. 5. c. Sacerdotibus cũ trib.ſequen. diſt. 3. 3. de conſecr. diſt.76.cap.1. cũ plur.ſeq. c. Conſilium noſtrũ de obſ. Ieiun.c.Ieiunia de cõſ.d.5 Nau. in Man. c. 21. nu. 16. Syn. Flor. de Ieiun. cap. 4. Conc.Turon. tẽpore Caroli Mag.c.47.

caſeo,butyro & ſimilibus abſtineantur. Quò verò ad Ieiunium ſciant ſe ſingulis Quadrageſimę diebus, Dominicis exceptis,nec non vigiliis omnibus & quatuor anni temporibus Ieiunii lege ſub peccati mortalis pœna abſtrictos eſſe, niſi vel vrgens neceſsitas, vel ætas imbecilla, vel aliquod legitimum impedimentum eos excuſet, (quod Parochorũ ſeu Confeſſorum iudicio relinquimus;quorum & præcipue Parochorum munus & partes erunt parochianos ſuos monere,vt prouinciali etiam Florentina Synodo decernitur.) vt vigilias omnes non ſolum quę ab Eccleſia generaliter indicta ſunt,ſeruent,ſed eam quoque,quæ in patronorum Eccleſiæ Cathedralis honorem à Nobis conſtituta eſt, vel generaliter pro aliqua neceſsitate à S. Sede Apoſtolica vel à Nobis indicentur de cœtero.

CAP. II.

c.Deniq; d.4. c. Non dico. c.Sint tibi ieiunia de con ſec. diſt.5. Conc.Colon. ſub Hermãno de cõſtit. c.5. c. Nihil prodeſt de pęnit. diſt.3.c.Nihil enim,& c.Ieiunium de cõſecr.diſt.5.

EORVM quoque partes erunt parochianos ſuos ſæpe monere, vt ieiuniorum tempore in Dei laudibus, eleemoſinis aliiſque piis officiis occupentur,vt moderatis, cibis,moderatoque potu vtantur,nec lautiora piſcium,aliorumque ciborum quadrageſimalium fercula querant, adhibeantq; vt quod ſubtrahunt ventri,erogent pauperibus, vtque precipue ſtudeant à vitiis etiam & à peccatis,illicitisque voluptatum illecebris abſtinere, cum ex literarum diuinarum ſententia parum homini pro ſit, ſi dum caro ab alimentis abſtinet,mens pariter à culpa non ieiunet, & ad cœleſtium rerũ amorem & contemplationem nõ erigatur.

CAP. III.

c.1.& 2.de obſeruat. Ieiun.

SI vigilia in diem Dominicum inciderit, in Sabato ieiunetur,ſin verò in alios dies feſtos ex præcepto Eccleſiæ ſeruandos, nullo pacto violetur ieiunium ob illius diei ſolemnitatem.

AT

Digitized by Google

CAP. IIII.

AT quoniam à Quadrageſimæ etiam lege multi eximuntur, quibus pro imbecillitate, aut valetudine, aut alia legitima ratione cibis vetitis eo tēpore veſci, opus eſt, Id tamen facere non licet, niſi quibuſdam ſeruatis conditionibus. Propterea expediens eſſe duximus in hac Diœceſana Synodo edictum illud innouare, & inſerere, quod principio Quadrageſimæ præteritę in hac Ciuitate publicare fecimus, ex quo facile omnes intelligant, à quibus eis abſtinendum ſit, vt expeditiores ad pietatis opera inueniantur, & ex cuius obſeruatione non ſolum peccata verũ quoque ea quę peccandi occaſionem, aut materiam prębere poſſunt, e medio tollentur, Et ideo parochis omnibus præcipimus, vt ſingulis annis in Dominica Quinquageſimæ hoc edictum inter Miſſarum ſolemnia in eorum Eccleſiis parochialibus publicent atque promulgent, ipſiuſq; exemplum ad valuas Eccleſiarum affigant, Noſq; de affixione quam primum certiores reddant.

d.c.conſilium noſtrum.

Syn.pro. Flo. de Ieiun.c.2.

BANDO O VERO EDITTO per la Quareſima.

SE bene in tutti li tempi douriano li fedeli dell'vno & l'altro ſeſſo con ogni ſtudio & opera domare con aſtinenze, digiuni & orazioni la propria ſenſualità, radice, fomite & cagione d'ogni noſtro male, e ſottoporla in modo alla ragione, che non ſi moueſſe punto piu di quello che ella voleſſe ò comandaſſe. In queſto tempo nondimeno di Quareſima, à queſto fine principalmente dalla ſanta Chieſa inſtituito, douria ciaſcuno farlo tanto maggiormente, & con altrettanta pietà, & chriſtiana religione abbracciando coſi ſanto e ſalutare inſtitu-

to.

to. Et però deſiderando Noi, che coſi ſi faccia & ſi oſſerui conoſcendo che dalla oſſeruanza ne dipende infinito bene, come dalla inoſſeruanza infinito male, ordiniamo e comandiamo, che in queſta Città & Dioceſi di Colle da ciaſcuna perſona, ſia di che ſtato e condizione ſi voglia, ſi oſſerui la Quareſima, aſtenendoſi tutto il tempo che durerà dal mãgiar ogni ſorte di carne, & ogni altra coſa che tiri l'origine ſua, ò deriui da carne, come ſono oua, latte, cacio, burro, ò ſimili ſotto pena à noſtro arbitrio; Eccettuando da queſta oſſeruanza quelli, che per vecchiezza, infermità ò indiſpoſizione non poteſſero ſe non con qualche pericolo della vita aſtenerſi dal mangiare detti cibi, nel qual caſo gli ſarà lecito di vſargli, ſe nella Città & luoghi doue ſiano Medici, haranno prima fede dal Medico di quel luogo, ò altro che lo curi, ò habbi curati che non poſsino far la Quareſima ſenza graue pericolo della propria ſalute, ſottoſcritta nella Città da Noi, ò noſtro Vicario, & nelli altri luoghi dalli loro curati, e doue non ſiano Medici, ſe haranno prima la licenza ſcritta di mano delli loro curati, li quali terranno diligente conto di tutte le licenzie che daranno; Et nelli caſi repentini ſarà lecito ad ognuno il mangiar quello che li ſarà di biſogno, pur che chiamando poi il Medico, eſſo facci fede del biſogno, & non chiamando il Medico, ſi faccia fare la licenza dal curato come di ſopra, le quali licenzie ſi intendino durar ſolo mentre che dura l'infermità, & biſogno, &c.

Et perche la commodità ſuole il piu delle volte eſſere occaſione di peccare, prohibiamo perciò, che in neſſuna parte della Città ò Dioceſi da Macellari ſi ardiſca macellare, ò vender carne ſe non per vſo delli infermi, & indiſpoſti, che haranno licenzia di non far la Quareſima, & non altra carne che di caſtrato, agnello, ò capretto, la quale non debbino dare, ſe non à quelli e per quelli, che gli moſtrerranno hauer hauuto la detta licenza ſotto la pena di ſcudi venticinque, nella quale vogliamo che incorrino non ſolo quelli, che faranno altra carne della ſopranominata, ò venderanno ad altri, che à quelli che haranno ſimil licenza, ma quelli ancora che comperranno in tal tempo non ſolo car

ne

Digitized by Google

me di detti macellari ſenza licenza, ò con licenza finta, ma che piglieranno piu carne di quella che gli biſogni per da re ad ad altri, ò che da altri comprerranno vccelli, polli, & altri ſimili cibi prohibiti in tal tempo.

Le botteghe ò beccherie doue ſi farà detta carne ſtaranno aperte ſolo à ſportello, e la carne ſtarà dentro in modo, che non ſia veduta da chi paſſa, & neſſuno poſſa tenere ò portare à vender per la Città, ò altro luogo della Dioceſi alcuna ſorte d'vccellami, carne, oua, latticinii, ò altri cibi prohibiti, publicamente in detto tempo, e che parimente li comperatori non portino ſcoperta la carne & gl'altri cibi prohibiti che harãno comprati ſotto la medeſima pena.

Similmente ordiniamo, che neſſuno Hoſte, ò Tauerniero ardiſca ò preſuma, permetti, ò toleri in modo alcuno, che nella ſua Hoſteria, ò Tauerna, ſi cuoca, mangi, ò venda alcuna ſorte di cibi in detto tempo ò in altri prohibiti dalla Santa Romana Chieſa, eccetto che per infermi, ò valetudinarii, che haranno licenza come di ſopra ſotto la medeſima pena & altre ad arbitrio.

Chi harà ottenuto licenza & non ſtia in letto infermo ſi aſtenga in ogni modo il Mercoledi dalla carne, & il Venerdi da carne, oua, & latticinii, & non mangi mai in conſpetto d'altri ſe non in caſo di neceſsità.

E perche nõ baſta aſtenerſi da cibi prohibiti, ma è neceſſario aſtenerſi anco dalli vizii per tor via molte occaſioni d'incorrerui, prohibiamo ſotto le medeſime pene, che in queſto tempo neſſuno di qual ſi voglia grado, ſeſſo, ò condizione ardiſca ò preſuma giocare à ſorte alcuna di gioco, ballare, andar la notte ſonando, ò cantando, fare ſpettacoli, comedie, ò ſimile coſe profane, ancor che foſſero comedianti, ſaltambãchi, ò giocolatori foreſtieri e vagabõdi.

Et perche non baſta guardarſi dal male, ſe non ſi cerca ancora di operar bene, però eſortiamo, & in virtù di ſanta obbedienza, & ſotto pena a noſtro arbitrio comandiamo, che chiunche da qual ſi voglia giuſta & ragioneuole cauſa da approuarſi dal ſuo Confeſſore non venga legittamente eſcuſato, digiuni ogni giorno di Quareſima dalle Domeniche in fuori, s'aſtenga dalle pompe, da banchetti, e da ogni (Syn. pro. Flo. de Ieiun. c. 1. c. Nõ oportet in Quadrageſima 33. q. 4.)

Gg ſorte

ſorte di vanità, che attenda alle orazioni, & meditazioni, che ogni di ſi ritroui alla Meſſa & altri diuini offizii, & che precipuamente frequenti le prediche, nõ eſſendo coſa che aſsicuri piu che vno ſia di Dio, quanto il vedere che volentieri oda la parola ſua, quale è la ſanta predicazione, & perciò affin che le prediche maggiormente ſi frequentino, ordiniamo che mentre ſi predicha, tutte le botteghe ſi tenghino ſerrate dal principio ſino al fine della predica ſotto pena à noſtro arbitrio.

Auuertiamo anco li Medici & Curati che nel far le ſede e licenze ſuddette ſi guardino di non allargar tanto la mano per compiacere ad altri, che venghino a condennar perpetuamente loro ſteſsi alle pene eterne, e però vadino molto circonſpetti à far le dette fede, & dar le dette licenze, mouendoſi ſolo da cauſa legittima, e neceſſaria, & li Curati terranno conto di tutte le licenze che daranno.

c. Placuit de cõſecr. diſt. 3. c. Quadrageſima cũ aliis ſupra citatis de cõſ. diſt. 5. c. Conſtituimus cum plurib. ſeq. d. 76. Concil. Magunt. cap. 34. Concil. Oxonien. cap. 5.

Dies Ieiunii ex præcepto Sanctæ Matris Eccleſiæ ſeruandi ſunt infraſcripti videlicet.

Dies omnes Quadrageſimæ, Dominicis exceptis.

Quatuor Anni tempora videlicet.

Dies Mercurii, Veneris, & Sabbati primæ hebdomadæ integræ Quadrageſimæ.

Dies prædicti poſt feſtum Pentecoſtes.

Dies prædicti poſt feſtum exaltationis Sanctę Crucis.

Dies prædicti poſt feſtum Sanctę Luciæ.

Vigilia Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Vigilia Pentecoſtes.

Vigilia Aſſumptionis Beatæ Marię Virginis.

De obſer. Ieiun. c. Conſilium noſtrum.

Vigiliæ Sanctorum Apoſtolorum, exceptis S. Ioannis Apoſtoli, SS. Iacobi & Philippi, quorum feſtum celebrat Sancta Mater Eccleſia Cal. Maii.

Vigilia Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ.

Vigilia S. Laurentii Martiris.

Vigilia omnium Sanctorum.

Vigilia SS. Fauſtini & Iouitæ die 14. Februarij.

Et ſi non ſit præceptum ieiunare in vigiliis Beatæ Virginis ſolemnitatum pręter quam in Vigilia eius ſanctiſsimæ Aſſumptionis, nihilominus cum pium admodum æquunque

que eſſe videatur id in honorem eius impendere, cuius patrocinio & interceſsione tot nobis bona proueniunt, Nosq; id quam maximè exoptemus, vt ad hoc pietatis opus fideles eò magis accendantur, quadraginta dies indulgentię iis & eorum cuilibet concedimus & elargimur, qui in vigiliis feſtorum ipſius Beatæ Virginis ieiunauerint.

DE COLLEGIO CLERICOrum. Rub. XXXVII.

CAP. VNICVM.

CVM ob Diœceſis noſtræ anguſtiam, & beneficiorum paucitatem & egeſtatem nullo pacto preceptum Sacri Trident. Conc. de ſeminario clericorum erigendo, in quo pueri Ciuitatis iuxta ipſius Cócilij preſcriptum ali, educari, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitui poſsint, adimplere valeamus, ſi facultates patientur, Grammaticę & Muſicæ ſcholas pro ipſis Clericis inſtruendis erigere & inſtituere in hac Ciuitate cogitauimus, cumq; plenam adhuc notionem minime habeamus de beneficiorum Eccleſiaſticorum Ciuitatis & Diœceſis noſtræ redditibus, duos de Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, quorum alter à Nobis, alter à Capitulo eligatur, Item duos de Clero, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Nos, alterius verò ad Clerũ pertineat, adhibere, & eligere decreuimus, qui nos in hac re pertractãda coadiuuẽt, ac de cõtributione Cleri Nobiſcũ pro eademmet re perficienda cogitẽt. Seſſ.23. c.18. de refor.

De capitulo autem Nobis eligere placet.

R. D. Cheluzum Cheluzium Canonicum.

De Clero autem.

D. Taddeum Zuccherinum Theologum.

Qua electione audita Capitulum elegit.

R. D. Leonardum Bonaccurſium Canonicum I.V.D.

Clerus verò elegit.

D. Auguſtinum Pelliccionium Plebanum Menzani.

DE IVDICIBVS DELEGATIS. Rub. XXXVIII.

CAP. VNICVM.

Seſſ. 25. c. 10. de refor. gen. De illorũ Iudicũ deſignatione, & electione. apparet ĩ inſtrumẽto celebrationis ſynodi penes acta Cur. c. Finem liti- ...s, & c. fi. de ... & cont. ...e iud. ...utus ...t.

IVDICES illos qui ex præſcripto Sacri Trid. Conc. in hac Diœceſana Synodo fuerunt deſignati, vt eis poſt hac cauſę Eccleſiaſticæ ac ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, à Legatis, vel Nuntiis, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur, præſenti decreto monemus eiuſdem met Concilij auctoritate, vt ſtudeant cauſas quanta fieri poterit breuitate terminare, ac litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicii differenda modis omnibus, aut præfixione termini, aut competenti alia ratione occurrere, vt ſe Iuſtitiæ miniſtros eſſe meminerint, vt Iudicem Deũ prę oculis habeant ſemper, non .n. hominum exercent Iudiciũ, ſed Domini, vt facultatem ſuarum limites non traſcendant: ſecundum acta & probata iudicent, & vnicuiq; quod ſuũ eſt tribuãt. Quę facilè aſſequẽtur, ſi peritos cõſulere vbi aliqua difficultas, vel perplexitas orietur, non dedignabuntur.

... of. ... c. iudi. ...ct 3. q. 7. c. ſummopere, & ibi gl. 11. q. 3. cum vulg.

DE EXAMINATORIBVS SYNODALIBUS, & eorum officio. Rub. XXXIX.

CAP. VNICVM.

Seſſ. 24. c. 18. §. Examinatores de ref. ge. De examinatorũ electione apparet in ſupra citato inſtrumento.

CVM ex eiuſdem Trid. Conc. præſcripto in hac eadem Synodo electi ſint examinatores, qui Nobiſcum, vel vnà cum Vicario noſtro generali promouendos ad parochiales Eccleſias vacantes examinet, ex iiſque Nobis renuncient quotcumque ab eis peracto examine idonei fuerint iudicati ętate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam.

Digitized by Google

bernandam oportunis, vt inde ex ipſis illũ eligamus, quem magis idoneũ iudicauerimus, Examinatores ipſos, alioſue pro tempore eligendos commonemus, in Dominoque obſecramus, vt memores iuramenti, quo ſe ſe obſtrinxerunt, grauiter mature, prudenter, & recte muneris ſibi commiſsi curam gerant, caueantq; ne quidquam prorſus occaſione examinis, nec ante, nec poſt accipiant, & ne quis alteri collegæ vllo modo commendet, aut priuatim doceat examinandum; nec ad examen deſcendant niſi eum & decenti veſte amictum, & tonſura conuenienti inſignitum eſſe viderint; Et ne idem bis repetere videamur, ea omnia ad vnguẽ ſeruent, quæ ſupra de beneficiorum collatione, & de examine promouẽdorum ad beneficia fere per totum ſtatuimus.

DE TESTIBVS SYNODALIbus. Rub. XXXX.

CAP. VNICVM.

ET quoniam iuxta perantiquam ac laudabilem illam conſuetudinem eligẽdi ſeu conſtituendi in ſingulis ſynodis Diœceſanis ſeptem vel plures viros Eccleſiaſticos, moribus, ætate, vita, prudentia, & pietate graues, qui diligenter in regione ſibi commiſſa perſcrutentur, & inueſtigent, ſi quid correctione, emendatione, aut reformatione indigeat, & ſi quid eiuſmodi cognouerint, id Reuerendiſsimo Ordinario, vel eius Vicario generali ſignificent, aliiſq; de rebus interrogati, quę emendationem requirant ſumma integritate referant, In hac Synodo fuerunt octo viri Eccleſiaſtici, omneſque Sacerdotes electi & conſtituti ad hoc munus, propterea eos omnes & ſingulos hortamur, vt memores ſacramenti per eos præſtiti non ſpe, non metu, non odio, non amore, non præmio, non perſonarum ratione, non aliqua demum humana affectione impediantur quo minus liberè, & integrè munus ſuum exequantur, cuius ne obliuiſcantur hic formam iuramenti ab vno quoq; eorũ pręſtandi inſerere expediens viſum fuit.

c. Epiſcopus 35.q.6.

De huiuſmodi electione habetur in inſtrumento ſupra citato.

Forma iuramenti à Teſtibus Synodalibus præſtandi eiuſmodi erit videlicet.

Ex d.cap. Epiſcopus.

EGO N. teſtis Synodalis a Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo Collenſi electus in hac Diœceſana Synodo per hæc ſancta Dei Euangelia, quę propriis manibus teneo promitto, ſpondeo, & iuro; me munus meum fideliter eſſe executurum, & quęcumque poſt hac videro, ſciuero, ſeu audiuero in regione huius Diœceſis mihi commiſſa fieri vel facta fuiſſe contra Dei præcepta, vel Eccleſiæ lege, vel Synodi Diœceſanæ decreta, aut contra catholicam recte viuendi diſciplinam, & quæcunque intellexero correctionem aut reformationem deſiderare, dummodo cauſam Synodalem eſſe, ac ad miniſterium Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi pertinere cognoſcam, & præcipue ſiquid hactenus factum ſit, ſeu de cœtero fiet contra ea quę mihi inquirenda in ſpecie mandata ſunt, libere & integre Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo, vel eius generali Vicario patefacturum, ſignificaturumque neque eorum aliquid vlla de cauſa vnquam celaturum, non ſpe, non metu, neque odio, non præmio, non perſonarum ratione, non ſanguinis aut affinitatis coniunctione, non aliqua demum humana affectione, ſic Deus me adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

DE HOSPITALIBVS, ET PIIS locis. Rub. XXXXI.

CAP. I.

Clem. quia contingit de Relig. dom.

CVM Hoſpitalia ad hoc tantum inſtituta ſint à fidelibus piiſq; hominibus, vt in ipſis pauperes & egeni colligantur, eorumque miſeria & egeſtas releuetur, eos propterea ad quos pertinet in Domino hortamur, vt iis curam & adminiſtrationem hoſpitalium, & aliorum etiã piorum locorum committant, qui probi, prouidi, boni teſtimonii, diligentes & pii ſint in ſuo munere exequendo, & qui ſciant, velint, & valeant loca ipſa

d. Clem quia contingit § vt autem.

eorum

eorum bona, ac iura vtiliter regere, eorumque redditus, ac prouentus in perſonarum vſum miſerabilium fideliter diſpenſare, & quos in vſus alios bona prędicta conuertere præſumptio veriſimilis non exiſtat. Ipſos verò Hoſpitalarios monemus, eiſque in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, vt re ipſa cum effectu officio ſuo ſatisfaciant, pauperes & peregrinos benigne recipiāt, & caritatiue tractent.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 15. de reform gen.

Syn. Flor. de piorum loco. adm. cap. 2.

CAP. II.

ONERA quæuis huiuſmodi hoſpitalibus locíſque piis impoſita perſoluantur: Hoſpitalarij curent, ne pauperes & peregrini hoſpitio excepti quicquam perpetrent aut committant contra pium chriſtianè viuendi inſtitutum, ne pueri cum hominibus cubent, ne infirmi cum bene valentibus, & ne maſculi cum fœminis niſi legitimis documentis conſtet eos eſſe matrimonio coniunctos, & in Hoſpitale alii non hoſpitentur viri, Et propterea ſtatuimus vt in vno quoque hoſpitali ſtationes, & dormitoria Marium & fœminarum diſtincta extruantur, vbi adhuc extructa non ſunt, & fœminæ veſperi ab Hoſpitalariis in ſuis dormitoriis claudantur, vt nulli mari tunc temporis ad ipſa dormitoria patere poſsit acceſſus.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 8. de ref. gen.

Fuſc. lib. 2. c. 3. num. 31.

CAP. III.

HOSPITALARII nullum Præsbiterum, Fratrem, Monacum, aut Eremitam hoſpitio excipiant, niſi prius ſe conſpectu noſtro, vel Vicarii noſtri in Ciuitate, vel Parochi in aliis Diœceſis locis præſentauerint, licentiamq; hoſpitandi in ſcriptis obtinuerint, quod in mulieribus etiā, & eò magis in mimis, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus, & aliis perditis, & nequam hominibus, & in iis mendicantibus validis, qui ex proprio labore, ſi vellet victum ſibi parare poſſent ſeruari mandamus, ſub arbitrii noſtri pœna.

l. Vnic. cap. de mèdic. valid. lib. 11.

Conc. Colon. ſub Hermāno de hoſpit. c. 5.

CVRA-

Digitized by Google

CAP. IIII.

Conc. Colon. vbi ſup. c. 2. Syn. Flor. vbi ſup. c. 3.

CVRATORES hoſpitalium, accurate prouideant, vt vbi aliquis in hoſpitalibus infirmatur, itaut infirmitas Medicum poſtulet, vel eodem tempore, vel prius animæ, deinde corporis Medicus accerſatur, ne abſque ſacramentis debitis ipſum decedere contingat, ſacramenta verò tàm infirmis quàm aliis in hoſpitalibus exiſtentibus miniſtrentur à Parochis intra quorum parochias hoſpitalia ipſa conſtructa ſunt, non autem ab aliis ſacerdotibus, etiam ſi hoſpitalibus ipſis eſſent prępoſiti, niſi id eis ex legitima conſuetudine vel priuilegio competat. In reliquis verò ſeruentur hoſpitalium aliorumue piorum locorum conſtitutiones, priuilegia immunitates, laudabileſque conſuetudines, & noſtrarum viſitationum decreta.

d. Clem. quia cõtingit §. fin. & ibi gloſ.

DE CONFRATERNITATIbus laicorum. Rub. XXXXII.

CAP. I.

Syn. Flor. de cõfrat. cap. 2.

c. Ex iniuncto & c. ſicut in vno de hæret.

DECRETIS Synodi prouincialis Florentinę inhærentes præcipimus omnibus & ſingulis confraternitatum Laycorum, Gubernatoribus, Cuſtodibus, Confratribus, & aliis quibuſcumque laycis, qui in huiuſmodi confraternitatibus conueniunt, ne concionari, diſceptare, colloqui, aut verba facere in ipſis confraternitatibus de cætero pręſumant de rebus ad Chriſtianam fidem & Catholicam Religionem pertinentibus, niſi prius fidei profeſsionē emiſerint, & à Nobis licentiam in ſcriptis obtinuerint. Qui contrafecerint arbitrio noſtro punientur. Poterunt tamen qui ad hoc idonei reperti fuerint morales ſermones habere, in quibus confratres ad virtutes cohortentur, & à vitiis deterreant.

SEDVLO

Digitized by Google

CAP. II.

SEDVLO curent ſocietatum Confratres, ne vllum aſciſcant in confratrum numerum, qui decimumquintum ſuæ ætatis annum non compleuerit, qui rudimentorũ fidei ignarus, qui notorius peccator, inquietus, facinoroſus, diſcolus, aut infamis ſit, quod ſi exiam receptis & admiſsis, qui talis euaderit, ſi ter monitus non reſipuerit, tanquam putridum membrum à corpore reſecabunt illius ſententiæ memores, quod Morbida facta pecus, totũ corrumpit ouile. Fuſc. lib. 1. c. 14. num. 12.

CAP. III.

AD publicas ſolemnes, ſtataſque proceſsiones, quæ ab vniuerſo obeũtur clero rogationibus exceptis, etiam non vocati accedant, ipſi verò, nec diu, nec noctu proceſsiones ſeparatim agere audeant, niſi eorum parocho, vel aliuo de ipſius Parochi licentia Sacerdote adhibito, quiſuperpelliceo, ſtola, & clericali bireto indutus digniorem inter eos locum tenens, actionem illam religioſam dirigat, vt ſupradictum eſt. Sup. de proceſſ. cap. fin.

CAP. IIII.

CVM ad funera inuitati erunt ad horam præſtitutam in Eccleſia parochiali conueniant, in funere & proceſsionibus facie cooperta ſemper incedant, arma offenſiua nullo pacto geſtent, nec pileos, aut biretos niſi pluuiali tempore qui criſtati non ſint ſub pœna excommunicationis, amiſsioniſq; armorum & pileorum; Eleemoſinas abſq; licentia noſtra non quæritent, onera ipſis confraternitatibus impoſita perſoluant, eaq; in tabella deſcribant, quæ iugiter in Oratorio in loco conſpicuo affixa habeatur.

CAP. V.

QVOTIES in eiuſmodi ſocietatum oratoriis feſtorum ſolemnitates aut funera, vel anniuerſaria, vel

Digitized by Google

alia diuina contigerit fieri officia, Confratres Parochum inuitare ſemper debeant illius Parochiæ, intra cuius limites erectum eſt oratorium vnà cum clericis ſeu præsbiteris ipſius Eccleſię parochialis, vel omnibus, vel quot opus erit ad premiſſa omnia peragenda, quod quidem ſeruari ſtatuimus in aliis quibuſcumq; Oratoriis, in quibus aliqua feſtiuitas ſolemniter celebrabitur.

CAP. VI.

NVLLAE contentiones, nullæq; controuerſiæ, aut diſſenſiones inter eos ſint, diebus Dominicis, & Feſtis tempore ſolemnium Miſſarum, prædicationum, & aliorum diuinorum officiorum congregationes non faciant. In oratoriis pie & religioſe verſentur, ſilentio vtantur, & cùm pſallendum erit, id grauiter, diſtinctè, deuotè, voceq; graui & modeſta faciant. In proceſsionibus verò ea ſeruare curent, quæ ſupra ſtatuta fuere.

Fuſc. vbi ſup.

Sup. de proceſſ. c. 5. & ferè per tot.

CAP. VII.

SAEPE confiteantur, & Euchariſtiam ſumant; idque nunquam facere prætermittant in die Paſchatis Reſurrectionis, in Pentecoſte, in feſto Aſſumptionis Beatæ MARIAE Virginis, in die Natiuitatis Domini, & in feſto Sancti, vel Sanctæ Titularis ipſius ſocietatis, & ſæpius vt in eorum conſtitutionibus continetur.

CAP. VIII.

NVLLAE poſthac commeſſationes, compotationes aut alia huiuſmodi confraternitatum impenſa vllo vnquam tempore fiant, nec in Oratoriis, nec extra ea, Propriis autem Confratrum impenſis nō aliter ea fieri liceat quàm de licentia noſtra in domibus ab ipſis Oratoriis pœnitus ſeiunctis. Qui contrafecerint, excommunicationi tàm diu ſubiaceant, quàm diu ſocietati duplum illius reſtituant, quod ex eius bonis, ſeu pecuniis erogauerint.

Cōgreg. Epiſcopor. Epiſc. Tiburtino die 1. Dec. 1579. Ita eadē cōg. reſpōdit Viſitatori Apoſt. Pedemōtano die 15. Martij 1583. & aliis Epiſcop.

QVI

CAP. VIIII.

QVI bona ſocietatum adminiſtrant, caueant, vt fructus qui pauperibus, addicti fuerint, veris pauperibus tantum diſtribuant, quemadmodum cuiuſque inopia poſtularit, dummodo ſemper magis indigentibus, bonaq; famę perſonis ſuccurratur, & qui Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Duodecim articulos fidei, & decem pręcepta legis non ignorent.

CAP. X.

RERVM omnium tàm mobilium quàm immobilium, & ſcripturarum omnium ad Confraternitates ipſas quoquomodo ſpectantium inuentariũ conficiant, Nobiſq; exhibeant infra terminum alias ſtatutum, & bona immobilia non vendantur, permutentur, in Emphyteoſim dentur, aut quouis modo alienentur, niſi iis ſeruatis, quæ ſupra ſancita fuere.

Sup. de Inuē. de reb. Eccl. conficien. c. 1. Sup. de rebus Eccl. nõ alienan. cap. 1.

CAP. XI.

CVM bona Confraternitatum erunt locanda, publicè proponantur, nulliq; Confratrum abſque licentia noſtra locentur, nec vnquam ei, quem ipſius Confraternitatis debitorem eſſe conſtiterit, vel qui non poſsit idoneam præſtare cautionem, Alioquin locationes, & conductiones nullæ ſint, & irritæ nulliuſq; roboris vel momenti.

CAP. XII.

CAVEANT bonorum & redditeum ipſarum Confraternitatum adminiſtratores, ne aliquid ex dictis bonis, fructibus & redditibus donent, diſsipent, iniquè diſtribuant, vel in proprium vſum conuertant, aut in ſumptus ſuperuacuos, & inanes impendant ſub pœna canonũ, aliiſq; arbitrio noſtro imponendis, & irrogandis.

Faciunt loca ſupra citata de reb. Eccl. non vſur. c. 3.

CAP. XIII.

ADMINISTRATORES bonorum & redditum ipſarum Confraternitatum & aliorum piorum locorum quocumque nomine nuncupentur, eorum adminiſtrationis rationem quolibet anno coram Nobis, vel alio à Nobis deputando reddere teneantur, conſuetudinibus, & priuilegiis quibuſcumque in contrarium non obſtantibus, alias liberationes inde factæ ipſis adminiſtratoribus non ſuffragentur: Quod autem apud eos reliquum erit ſoluere & reſtituere infra quindecim dies iis, quibus debuerit ſub pœna duplici & aliis arbitrariis teneantur. Antequam autem adminiſtrationis officium ſuſcipiant, ipſos quoque volumus iuramentum & idoneam præſtare cautionem de fideliter bona, & redditus ipſarum Confraternitatum & piorum locorum adminiſtrando, & de reſtituendo exacto officii tempore quicquid penès eos reliquum eſſe conſtiterit, & propterea nulla vnquam ei committetur adminiſtratio, ſeu negocium aliquod pertractandum, qui alicuius etiam paruę ſummę debitor Cõfraternitatis, ſeu pii loci extiterit.

Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. de refor.

Clem. quia contingit §. vt autem de relig. dom.

CAP. XIIII.

SACERDOTES & Clerici habitum non induant alicuius ſocietatis in proceſsionibus illis, in quibus Clerus intereſſe tenetur, ſed eorum ſinguli habitum Clericalem induant, ad proceſsioneſq; ipſas cũ Clero conueniant.

CAP. XV.

IN reliquis ſeruari volumus & mandamus viſitationum noſtrarum decreta, eorumq; pias & laudabiles conſuetudines, nec non ea, quæ vnicuiq; ſocietati præſcribere ſtatuimus cum primum poſt hanc completam Synodum Nobis conceſſum erit vt eorum ſtatuta & conſtitutiones habere & perlegere valeamus.

DE

Digitized by Google

DE REGVLARIBVS.
Rub. XXXXIII.

CAP. I.

ET ſi Regulares in omnibus videantur ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti, tamen cum multa abſque ipſorum licentia eis fieri prohibeantur, aliaq; ſint quæ ipſi quoque ſeruare tenentur ex iis, quæ ab Epiſcopis in ſuis Diœceſibus ſeruanda decernuntur, Propterea frequentiores caſus ad ipſorum Regularium commoditatem inſerere inter has conſtitutiones placuit, ne quis eorum, ſi in aliquo deliquerit, ignorantię velamine tueri ſe valeat.

CAP. II.

CVM nemo ſit qui ignoret quantum ex Monaſteriis piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris atq; vtilitatis oriatur; Regulares omnes in diœceſi noſtra exiſtentes in Domino hortamur, & obſecramus, vt inſtituti ſui memores, ad Regulæ, quam profeſsi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, itaq; componant, vt Chriſti fidelibus bonum exemplum afferant in conuerſatione, in charitate, in fide, & in caſtitate vt ait Apoſtolus, alioquin ſi debitam viuendi rationem omiſerint, eorumq; ſuperiores per Nos admoniti eos non viſitauerint atque correxerint intra ſex menſes, ſciant eos nos viſitaturos & correcturos eſſe iuxta ſuorum ordinum inſtituta tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatos.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular.

1. Ad Timot. 4. cap. 11.

Concil. Trid. ſeſſ. 21. c. 8. de reform. gen.

CAP. III.

DE cætero nulli liceat Monaſteria aliqua regularium in Ciuitate, & Diœceſi noſtra Collen. erigere ſine no

Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 3. in fin.

Digitized by Google

ſtra licentia in ſcriptis obtenta, Nulliq; pariter regularium liceat à ſuis Conuentibus recedere, ne prętextu quidem ſuos ſuperiores adeundi ſine pręcipuo eorum iuſſu, ac licentia ab eis in ſcriptis obtenta, alioquin qui abſque prædicta licentia repertus fuerit, tanquam ſui inſtituti deſertor à Nobis punietur.

e Quidā Monachorum 18. q. 2. Ead. ſeſſ. c. 4. Ex cōſt. Sixti V incip. Cum de omnib. ędita 6. Cal. Decēb. 1587. & ex declaratione ædita 12. Cal. Nouembr. 1588 incip. Ad Romanum.

CAP. IIII.

Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 3.

REGVLARES extra Monaſteria degentes ſi deliquerint, ſciant quod ab Ordinariis locorum tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis ſecundum Canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi poſſunt. Qui verò intra ſepta Monaſterii degunt, ſi extra ea deliquerint, ipſi etiam puniri poterunt, ſi intra tempus eorum ſuperioribus à præfatis ordinariis præfixum puniti non fuerint, propterea eos monemus, vt à delictis caueant.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. gular.

CAP. V.

CENSVRAS & interdicta à Nobis de cœtero emananda & promulganda in Eorum Eccleſiis publicent & obſeruent: Dies feſtos, quos in Ciuitate & Diœceſi noſtra ſeruandos eſſe ſtatuimus ipſi pariter colant; Ad publicas proceſsiones & generales vel ex conſuetudine inductas, vel ex aliqua graui cauſa vocati accedant omnes Regulares, quacumque eorum exemptione non obſtante tam in Ciuitate quàm in Diœceſi vbi Monaſteria habent, in iiſq; locum illum teneant quam ante hac tenere conſueuerunt.

Ead. ſeſſ. c. 12.

Ead. ſeſſ. c. 13. Ex Greg. 13. conſtit. ædita 15. Iul. 1583. incip. Expoſcit.

CAP. VI.

Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de refor. gen Conſt. Pij V. incip. Romani ędita 8. Id.

CONFESSIONES ſecularium etiam ſacerdotum non audiant, niſi præuio diligenti examine à Nobis fuerint prius approbati, tuncque à caſibus, quos nobis reſeruauimus nullo modo abſoluere audeant, & ne bis idem repetamus, in confeſsionibus ea omnia ſeruent quę ſupra ſub

Rubr.

Digitized by Google

Rubr. de pœnitentiæ ſacramento à Confeſſoribus, tàm Secularibus, quàm Regularibus ſeruanda propoſuimus ſub pœnis ibidem contentis. Caueant tamen ne Eccleſias alienas confeſsionis audiendæ cauſa vnquam ingrediantur, niſi ipſius Eccleſiæ Rectoris & parochi illius intra cuius parochiæ limites Eccleſia prædicta ſita eſt, accedente conſenſu. Qui contrafecerit ab adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ ſit ipſo iure ſuſpenſus.

Auguſ. 1571. Cle. 1. §. Quibus etiam de priuil. & exceſ ſib. priuileg.

CAP. VII.

REGVLARES ad audiendas confeſsiones approbati, ſi in priuatis domibus confeſsiones infirmorum audiuerint, ſtatim parochum aduertere teneantur, fidemq; auditæ confeſsionis pro medico adueniente infirmis ipſis relinquere, quod ſeruabitur etiam a quibuſcumq; Confeſſoribus ſecularibus ſub arbitrij noſtri pœna.

Idē habetur ſupra de pœnit. Sacr. c. 9. & idem infra de Medicis. c. 3. in fine.

CAP. VIII.

MATRIMONIA non ſolemnizent, Sacramentum extremæ vnctionis, & Sanctiſsimæ Eucharistiæ in Paſchate Reſurrectionis etiam famulis laicis eorum Monaſteriis inſeruientibus, dum tamen iis addicti non ſint, non adminiſtrent abſque noſtra, vel Parochi proprii licentia, alioquin ſciant ſe excommunicationis ſententiam Papæ reſeruatam incurrere: Baptiſmum verò extra caſum neceſsitatis non conferant, ſub pœnis à Iure ſtatutis.

Clem. 1. de priuil. & exceſſ. priuil. Ita ſepius cenſuit ſacra Cōgreg. Cōcilij. Faciūt notata ſupra de parochis cap. 16. Nauar. in Manu. c. 22. nu. 7. in fine.

CAP. VIIII.

IN eorum Eccleſiis aliquem deputent, qui pauperes mendicantes ſeu eleemoſinas queritantes eiiciat, alioqui ſi negligentes fuerint à Nobis grauiſsime corripientur. Defunctos in ſuis Eccleſiis non ſepeliant abſque proprij Parochi interuentu. In Sabato Maioris hebdomadæ campanas pulſare non audeant antequam pulſentur in Eccleſia Cathedrali

Conſt. Pij V. incip. Cū primū ęditaCal. April. 1566. Congr. Epiſc. ita reſpondit Epiſcopo Mō

tiſpiloſij, de anno 1581. & ita Epiſ. Herité. die 24. Ap. 1584. & aliis. Fuſc. de viſit. lib. 1 cap. 14. poſt nu. 6. & lib. 2. c. 15. n. 69. ſup. de Parochis, cap. 2.

thedrali in Ciuitate, & parochiali, ſeu matrici in Diœceſi propter honorem ipſius Eccleſię Cathedralis ſeu parochialis, vel Matricis ex lege Concilij Lateranenſis ſub Leone ſub pœna ducatorum centum, & prout ſæpius ſacra Cong. Regularium cenſuit.

CAP. X.

Seſſ. 5. c. 2.

Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 11.

Syn. Flor. de prędicat. c. 3.

CONCILII Tridentini auctoritate Regularibus cuiuſcumque ordinis prohibemus, ne in Eccleſiis propriis ſuorum ordinum concionentur, niſi prius à ſuis ſuperioribus de vita, moribus & ſcientia examinati & approbati cum eorum licentia quæ tamen ſit recens & legitima perſonaliter coràm Nobis ſe pręſentauerint, benedictionemq; petierint. In Eccleſiis verò non ſuorum ordinum niſi vltra licentiam ſuorum ſuperiorum à Nobis quoque licentiam predicandi obtinuerint. Qui contrafecerit pœnam ſuſpenſionis per ſex menſes à prouinciali Florentina Synodo impoſitam incurrat.

CAP. XI.

Cõc. Tri. ſeſſ. 25. de reg. c. 11.

Conſt. Pij V. incip. ad exequendũ ædit. Cal. NO. 1567.

Conc. Tr. ſeſ. 24. cap. 2. de ref. ge.

REGVLARES curam animarum exercentes in quauis Eccleſia etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum in Ciuitate & Diœceſi noſtra Collenſi in iis, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinet, meminerint ſe Iuriſdictioni viſitationi, & correctioni noſtræ immediatè ſubeſſe, ita vt nequeant aliquos etiam ad nutum amouibiles in iis Eccleſiis deputare niſi de noſtro conſenſu, & præuio examine per Nos vel noſtrum Vicarium faciendo, & ideo Synodo Diœceſana interſint & ea omnia ſeruare ſtudeant, quæ ab iis ſeruanda eſſe decreuimus quibus animarum cura demandata eſt.

CAP. XII.

Infra de Mag. art. c. 4. Sup. de Sacr. Bapt. c. 17. & c. pueriit d. 18. q. 2.

ENERGVMENIS exorciſmum abſque licentia noſtra nullo pacto adhibeant ſub pœnis infra impoſitis, neminem pariter abſque noſtra licentia de fonte ſacri baptiſmatis ſuſcipiant, & ab Monaſterium Monialium Ciuitatis

tis Collis abſque Sedis Apoſtolicę vel Illuſtriſsimorum DD. Cardinalium Sacræ Regularium Congregationi præfectorum licentia accedere nequaquam præſumant.

Ex decreto ſacrę Cōg. Reg. ędito No. Maij. 1590.

CAP. XIII.

CAVEANT Regulares ne mulieres intra ſepta Monaſteriorum ſuorum quacumque ex cauſa admittant cum id ſub grauiſsimis pœnis Conſtitutiones Apoſtolicæ prohibeant. Ad priores tamen Clauſtrorum porticus exteriori hoſtio viciniores eas admittere licebit, cum proceſſiones inibi pertranſeuntes & defunctorum corpora in ſepulchris ibi exiſtentibus ab vniuerſo Regularium ſiue cleri ad funus vocatorum conuentu ſepelienda comitari voluerint.

cap. Peruenit 18. q. 2. Conſt. Pij V. incip. Regulariū ędita die 23. Octobris 1566. & cōſt. Greg. 13. ędita Idib. Iunij 1575. incip. Vbi gratiæ. Imolen. Die

Cōgreg. Epiſcopor. ita reſpōdit Epiſc. Aſsiſienſi die 9. Febr. 1581. Ita Epiſc. 10. Iul. 1584. & aliis.

CAP. XIIII.

MEMINERINT Regulares, quod Monaſteriorum Vineæ, horti Viridaria, & ſimilia, quæ ipſis Monaſteriis ita contigua & annexa ſunt, vt ab ipſis ad huiuſmodi loca nulla via publica aut loco publico interiectis aditus pateat in clauſtrorum finibus compræhendi, vt ſæpius ſacra Congregatio Epiſcoporum cenſuit, vt ex infraſcripti ipſius ſacræ Congregationis reſponſi exemplo ad Vicarium Leodij dati ſatis ſuperq; videri poteſt.

Eſſendoui propoſto in Congregazione il dubbio che à voſtro nome è ſtato dato à queſti miei Signori Illuſtriſsimi, ſe gl'horti e giardini de frati attaccati al conuento loro ſono compreſi nella bolla di Pio V. talmente che le Donne non poſsino entrarui ſenza incorrere nella ſcommunica Papale, Dopo lungo & maturo diſcorſo hanno giudicato che non oſtante la dichiarazione fatta in vn certo capitolo de frati in Mantoua, li detti horti & giardini ſiano compreſi nella bolla ſuddetta, & che hanno biſogno d'aſſoluzione le donne che entrino, e li frati che l'ammettano, che vi ſeruirà per auuiſo. Di Roma li 13. di Dicembre MDLXXXIII.

DE MONIALIBVS. Rub. XXXXIIII. Cap. I.

CVM in hac Diœceſi noſtra vnicum ſit tantum Monialium Monaſterium idq; in Ciuitate, in quo Moniales Tertianæ Sancti Franciſci Congregationis (vt dicitur) Fulginii degunt, quam quidem à die eorum inſtitutionis, & fundationis abſq; profeſsionis trium votorum obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis ſolemni emiſsione & clauſura permanſerunt vſque ad diem octauum Menſis Maij proximè præſenti, quo die tandem opera noſtra, & profeſsionem ipſam ſolemniter emiſerunt, & clauſuræ ſe ſubiecerunt. Propterea cum circa ea, quæ pro bono ipſius Monaſterii regimine, clauſureq; cuſtodia promulganda eſſent ſatis ſuperque huc vſque ſtatuiſſe & ſanciuiſſe credamus, & per conſtitutiones noſtras, quæ penes ipſas Moniales reperiuntur, & per edictorum noſtrorum promulgationem, quæ valuis ipſius Monaſteriis affixa cernuntur nihil in hac Synodo ſtatuendum decreuimus, tantum conſtitutiones & edicta pręfata innouamus, eaque inuiolabiter ſub cenſuris & pœnis in iiſdem contentis, & aliis arbitrio noſtro imponendis & irrogandis obſeruari mandamus non ſecus ac ſi in præſenti Synodo decreta, ſancita & promulgata forent.

DE VITA, HABITV, ET HONESTATE Clericorum. Rub. XXXXV. Cap. I.

Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de refor. gen.

CVM nihil ſit, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſsidue inſtruat quam eorum vita & exemplum, qui ſe diuino dedicarunt miniſterio; Clericos omnes & præſertim in ſacris conſtitutos in primis hortamur atq; monemus, vt vitam viuant, quam profeſsio eorum exigit, & Chriſtus Ieſus D. N. requi-

Matt. 5. B. 16.

rit.

rit, dum inquit. Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt, ſintq; verè ſal illud Euangelicum, In miniſterio vigilantes, & ſolliciti plantent, euellant, diſsipent & ſummo ſtudio edificent, quæ pietatem reſpiciunt, In omnibuſq; ſe ipſos exhibeant ſicut Dei miniſtros, nemini dantes vllam offenſionem, ne eorum miniſterium vituperetur, Deiq; nomen propter ipſos inter gentes blaſphemetur.

Matt. ibidem B. 12.
Hier. 1. B. 10.

2. Cor. 6. A. 3.
Ro. 2. D. 24.

CAP. II.

VT per decentiam habitus extrinſeci, morum etiam honeſtas intrinſeca clericorum appareat, præcipimus & mandamus Sacri Concilij Tridentini & Synodi prouincialis Florentinæ decretis, ac Sixti V. fel. recor. conſtitutioni, inhærentes omnibus & quibuſcumque clericis etiam exteris, qui aut in ſacris fuerint, aut dignitates & beneficia Eccleſiaſtica qualiacumque etiam ſimplicia obtinent, aut de cœtero obtinebunt, vt tonſuram & habitum clericalem ordini ſuo, & dignitati reſpondentem (vt infra declarabitur) ferant, alioquin, qui in habitu aut tonſura geſtanda defecerit, vltra penas in prædictis decretis & Conſtitutione vt ſupra cap. 3. & 6. de Sacramento Ordinis contentas, alias quoque arbitrio noſtro irrogandas incurret.

Clem. Quoniam de vita, & hon. cler.
Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 6.
Syn. Flor. de vita, & honeſta. cap. 2.
Conſt. incip. Cũ ſacroſanctã ędit. 5. Id. Ian. 1588.
Concil. Conſtant. 3. c. 27.
Concil. Oxonien. cap. 29.
Cõc. Hildeſ. cap. 14.


CAP. III.

TONSVRAM quæ ſpiritualis militiæ nota & inſigne eſt perpetuo ferant, latam conſpicuam, & ad eam ſaltem formam quam Nobis vnicuiq; ordini inferius præſcribere placuit, ita vt in Sacerdotibus non ſit minor forma circuli maioris, in Diaconis, & Subdiaconis non ſit minor forma circuli medii, in cœteris verò clericis, circuli minoris, à quolibet eorum decimo quinto die renouanda.

Concil. Oxonien. cap. 30.
c. Clerici officia de vit. & honeſt. cler.
Synod. Serronẽ. in decretis morum c. 24.
Conc. Tolet. 4. cap. 40.

Syn. Mogunt. cap. 74. c. Prohibete diſt. 23. c. duo 12. q. 1. Conſt. Sixti V. ſup. citata.

Digitized by Google



CAP. IIII.

COMAM & Barbam ſtudioſe non nutriant, ſed eas iuxta piorum Clericorum morem, ac conſuetudinem & canonum decreta teneant & quod Barbam, ſuperioris labii pilos frequenter, & ita tondeant, pręſertim Sacerdotes, vt calicis ſumptione ſanguine non intingantur. Quò vero ad comam, capillos cincinnatos, aut ſupra frontem aliis eminentiores non habeant ſub arbitrii noſtri pœna.

c. Siquis. c. clericus, el 1. & c. Clericis de vit. & hon. cl. c. prohibete. c. clerici cum ſeq. & c. pen. diſt. 23. Conc. Cartagin. 4. c. 44. Cõc. Ag. c. 20

CAP. V.

EORVM veſtes tàm interiores quàm exteriores, ſimplices, talares, nigriq; coloris, niſi fortè alium colorem requirat dignitatis gradus ſint, nec nimia amplitudine ſuperfluæ, nec plus æquo conſtrictæ, ſed tales vt in eis clericalis ordinis modeſtia, non faſtus iactantia, vel elationis vitium depræhendatur. Pallio quod ferraiolum vocant non vtantur, niſi in pluuiæ, niuis, aut frigoris ſæuitia tuncque nunquam ſine veſte talari, niſi forte iter faciendum ſit, quo loco & pallio, & veſtibus contractioribus & aditer accommodatis infra genua tamen demiſsis, in quibus honeſtas & ordinis decorum eluceat, vti eis licebit.

c. pen. diſt. 23. Cle. Quoniã de vita, & honeſt. cleric. Syn. Hildeſ. cap. 14. Syn. Mogunt. cap. 47. Concil. Conſtantin. c. 15. Synod. Senonẽ. in decretis morum c. 24. Concil. Agaten. c. 20.

Syn. Hildem. c. 14. verſ. rurſus c. 2. & 3. 21. q. 4.

Digitized by Google

CAP. VI.

A CALIGIS caligarum ligaminibus aliiſue veſtimentis etiam intimis ſecularibus, ſeu quæ nigri coloris, vel alterius honeſtatem præſeferentis non ſint, omnino abſtineant, nihil quod inciſum, diſſectum, laciniatum, aut artificio elaboratum ſit, geſtent, calceis crepidiſque non niſi coriaceis vtantur, Interulas ſeu camiſias ad manus & ad collum, criſpas, rugoſas, fabrefactas, aut aliqua texturæ arte compoſitas non habeant, ſed collaria ſint ſimplicia, plana, & modice lata, quæ honeſtè & aptè ſuper veſte reflectantur.

Ex Conc. Matiſc. circa tempora Pelagij 2. cap. 5. Ex Cõc. Agathen. c. 20. Conc. Cõſtantien. 3. c. 15. Syn. Hildem. vbi ſup.

CAP. VII.

PILEOS nunquam ferant niſi in itinere, vel ob aduerſam corporis valetudinem, ſeu ob aliam iuſtam cauſam, tuncque nunquam in Eccleſia, in Capitulo, in Epiſcopali palatio, in conuentu clericali; aliiſue Eccleſiaſticis congregationibus: Pilei verò aculeati, aut turbinati non ſint, ſed ſimplices, depræſſę formæ ac honeſtæ amplitudinis, nigriq; coloris tantum. Chirotecis ſuffumigatis & inciſis, & veſtibus, ſeu ornamentis ſericis, nec domi nec extra vtantur, pannoſos tamen aut in veſtibus laceros eos eſſe prohibemus, cum nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ delitiæ laudem pariant, deniq; iuxta Concilium Lateranenſe * ab iis omnibus abſtineant, quæ in eodem Concilio circa honeſtatem à Clericis in veſtibus ſeruandam continentur. Anulos non ferant, niſi quibus propter officij munus, aut dignitatis gradum ſit iure conceſſus, tuncque vnico tantum, nec magni præcij contenti ſint, illumque ſemper in ſacro Miſſæ faciendo deponant.

Conc. Nicen. 2. c. 16. Syn. Senon. in Decretis morũ c. 23. q. 4. Hier. ad Euſtochiũ de cuſtodia virginitatis, & ad nepotianũ d. 41. in ſumma. Syn. Senonen. vbi ſup. c. 24. * Cõc. Later. ſub Innoc. 3. c. 16. relatum in c. Clerici, el 2. de vita, & hon. cler. Syn. Sen. ibid. d. c. Clerici.

CAP. VIII.

AD Menſam accumbentes ipſi benedicant ſumpto cibo gratias agant, orationibus ſolitis & conſuetis iuxta diuerſitatem temporum adhibitis; Et cum plures Cle-

c. Quando el 1. & c. ſi. d. 44.

rici

rici ſeu presbiteri ad aliquod conuiuium conuenerint, caueant ne in eis vlla abſentium vita mordeatur, ne vllus ex irriſione reprehendatur, ne inanes ſecularium negociorum fabulæ referantur, ne plauſus, aut riſus inconditus habeatur, ſed eorum aliquisquid ſemper de ſacra ſcriptura perlegat. Puplica & minus honeſta conuiuia, & commeſſationes, compotationeſque omnino vitent, & maxime vbi interſint Mulieres præſertim ſuſpectæ; Et cum ebrietas mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum, ſitq; omnium vitiorum fomes, & nutrix, à crapula, & ebrietate omnino abſtineant, vinum temperent, & ſe vino neminem que ad æquales potus obligent ſub pœna Canonis & aliis arbitrio noſtro irrogandis.

c. Conuiuia. c. quando aũt & c. pro reuerẽtia ea.d.44. c. His igitur diſt. 23. c. Dolẽtes de de celeb. Miſ. Syn. Hil. c.14. Pro.23.D.31. vſque in fin. Iſai. 28. A. 1. B.7. Prou.20. A. 1. Eph. 5. c. A crapula D.18. c. Ante d.35. Cõc. Agath. c.41. Cõc. Turon. tẽpore Caroli Mag. c.48. de vit. & hon. cleric. c. Nullus diſt.44. c.41. Canon. Apoſtolorum.

CAP. VIIII.

CAVEANT Clerici, ne dum iis diebus ſimul reficiuntur, quibus alicuius Eccleſiæ ſeu Cappellæ feſtum celebratur, laici vel in eadem menſa, vel in eadem domo diſcumbentes interſint, ſi ſeruientes non ſint, neue vltra vnum (vt vulgo dicunt) antipaſtum, & vnum vel duo lacticinia, duoque vel tria fructuum genera, fercula plura duobus apponantur, nunquam verò cibi ſaccharo aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ ſecundæ menſæ dicuntur, adhibeantur: Qui in horum aliquo defecerit, decem ſcutorum pœna mulctetur, & per menſem in carcere detrudatur.

CAP. X.

VT flagitij occaſionem, quæ in cauponis & tabernis deeſſe non ſolet, clericis adimamus, Tabernas ſeu cauponas ingredi non præſumant, niſi peregrinationis aut alia neceſsitate compulſi, publicis ſuppliciorum ſpectaculis non interſint, niſi interdum conſolandi gratia, tunque caueant ne quid faciant, vnde irregularitatis labẽ contrahere poſsint. Medicã artem aut Chirurgicam non exerceant, eam maxime, quæ induſtionem, vel inciſionem inducit.

c. Clerici, el 2. de vit. & honeſt. cap. non oportet cum duob. ſeq. d. 44. Cõc. Tur. tẽpore Caroli Mag. c. 21. Canon. Apoſtolorũ c. 53. c. Sententiã ne cler. vel mon. Cõc. Matiſ. 2. c.19. Conc. Antiſiod. c.33. Nau. in Man. c.27. num. 217. ver. 13. d. c. ſententiam.

CLE-

CAP. XI.

CLERICI ſacris initiati, aut qui beneficia Eccleſiaſtica qualiacunque ſint, obtinent, corám Iudice ſeculari nec aduocati, nec procuratoris officio fungantur, niſi ſuam vel Eccleſię vel propinquorum, vel miſerabilium perſonarum, vel aliorum cauſas iuxta canonum diſpoſitionem à Nobis prius facultate ſcripto obtenta tueantur, nec vllus vnquam ex iis audeat ſine eadem facultate à Nobis pariter ſcripto obtēta corám Iudice ſeculari examini ſe ſubiicere, aut tabellionatus officium in profanis negociis exercere, & eò minus criminale negocium, aut mixtum in iudicio ſeculari proponere, aut ſententiam ſanguinis dictare, vel proferre, aut quidquam aliud exercere per quod ad ſanguinis vindictam tendatur.

c. 1. & fin. de poſtul. c. 1. Ne cler. vel mon. Conc. Aurelian. 3. c. 31. Cōcil. Cabilon. 2 c. 11. c. Sicut te, & ibi gl. ne cler. vel mon. c. ſæpe, & cap. his 23 q. 8. Concil. Agatē. c 32. c. Clericis. & c. ſententiam eo tit. Cōc. Ant. c. 34.

CAP. XII.

CVM ſecundum Apoſtolum nemo militans Deo, ſe ſe negociis ſecularibus implicare debeat, propterea Clerici mercaturam non exerceant, à ſecularibus negociis, ab illicitis artibus, & officiis quibuſcunque abſtineant, mercatus, & nundinas, minuſque fora, locaue illa frequentent, quibus laici ad ludos, confabulationes, vel etiam negotiationes conuenire ſolent; Ruſticam artem non exerceant, aliena prædia lucri cauſa non conducant, nec aliorum tutelam aut curam abſque licentia noſtra ſuſcipiant; In negotiationibus & mercimoniis medii, conciliatores, interpretes, aut proxenetæ non ſint, laicorum negocia gerere non audeant, nec in illorum famulatu vllo pacto manere, niſi officium ſacerdotali munere nō indignū noſtra ſcripta licentia quot annis renouanda, ſuſceptum extiterit. In famulatu verò Eccleſiaſticarum perſonarum ea officia faciāt quæ clericali decoro non conueniant. Fœminarum præcurſores & aſſeclæ non ſint, nec eis diſcumbentibus aſſiſtant, ancillenturue. Qui in horum aliquo deliquerit, vt Synodo prouinciali Florentina ſancitum eſt primo carcere, aut aliis pecu-

2. Tim. 2. n. 4. c. Canonū ſtatuta 14. q. 4. c. 1. & c. ſecūdū ne cl. vel mo. c. his igitur d. 23 c. 1. & c. negociatorē cū plu. ſeq. d. 88. Cōc. T. ſe. 22. c. 1. de ref. ge. Cōc. Eli. c. 19. Conc. Carth. 4. c 47. Cōc. Cabil. 2. c. 12. & 44. Cōc. Arelat. 2. cap. 14. c. Peruenit d. 86. c. 1. d. 88. & fere p tot. c. Placuit. c. Cypr. 21. q. 3. c. 1. & ca. ſec. ne, Ne Cler. vel Mon. Cōc. Cart. 2. c. 6. & Conc. Carth. 3. c. 15. Syn. Flor. de vit. & ho. c. 5.

Digitized by Google

c.fi. de vit. & hon. Clem. 1. eod. tit. c. 1. de celeb. Miſſ. & ibi gl. c. Clericus victum d. 91. c. 1. 21. q. 1. Conc. Carth.

pecuniariis pœnis arbitrio noſtro infligendis, & in pios vſus conuertendis, deinde niſi à prędictis ceſſauerint, beneficiorum priuatione, aut aliter grauiſsime plectentur: Vt autem aliquid manibus ſuis Clerici pauperes honeſtè lucrentur, quo ſibi quę ad victum neceſſaria ſunt comparare poſsint, concedimus.

4. c. 51. cũ duob. ſeq. Cõc. Col. ſub Hermãno de vit. & mor. c. 30. Act. 1. F. 34.

CAP. XIII.

e. Clerici. c. Quicũque, cl 2. 23. q. 8. c. 2. de vit. & hon. cler. Conc. Matiſcon. cap 5. Glo. in d. c. 2. in ver. clerici. Synod. Hildeſen. cap. 14.

CVM Clericorum arma pia debeant eſſe ieiunia, lachrimę & orationes, ideo Clericis prohibemus, ne cuiuſuis generis arma ad offenſionem, vel ad defenſionem ferant, exceptis cultellis ad vſum vitæ accommodatis, & enſe communi gladio breuiori, qui vulgo, Storta, nuncupatur, quem eis in itinere tantum, cum per ſuſpecta loca iter facere neceſſe habent, concedimus. Quod ſi quis extra hunc caſum etiam huiuſmodi gladium deferre pręſumpſerit, eas luat pœnas arbitrio noſtro moderandas, ſi corporis fuerint afflictiuæ, quæ legibus Sereniſsimi Magni Ætruriæ Ducis compræhenduntur.

CAP. XIIII.

Conc. Epaun. ſub Gelaſio 1. cap. 20.

CLERICI hyemali tempore poſt tertiam horam noctis, ęſtiuo verò poſt ſecundam ſine legitima & honeſta cauſa domo non egrediantur, tuncq; ſine lumine & clericali habitu egredi non præſumant, & ſi fieri poteſt, ab aliquo probo viro ſint ſemper aſſociati ſub pœna arbitrii noſtri. Si verò etiam voce, fidibus, aut alio quouis inſtrumentorum genere cantitantes inceſſerint, aut comites eorum qui talia agunt extiterint, carcere, aliiſue pœnis arbitrio noſtro plectentur.

Syn. prou. Fl. de vita, & honeſt. c. 7.

CAP. XV.

Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de refor. gen.

CHOREAS, & ſaltationes tùm publicas tùm priuatas non agant, nec eorum ſint ſpectatores, fabulis, comediis,

Digitized by Google

comediis,haſtiludiis,aliiſq; profanis,& inanibus ſpectaculis non interſint, in ſcenam velut hiſtriones non prodeant, non ſpectaculum ſui corporis faciant in publico vel in priuato loco; Minus & ioculatoribus non intendant. A iure iurando,à conuiciis,obtrectationibus,obſcæno, ſcurrilique ſermone abhorreant,turpes,amatorias, aut laſciuas cantilenas nec depromant, nec modulentur, libros ex profeſſo turpia & obſcœna tractantes, Imagineſq; ſeu picturas quid laſciuum,vel inhoneſtum referentes non teneant. In nuptialibus, aliiſue conuiuiis nec alibi vnquam canant, aut ſonent,vbi profanæ,ac ſeculares commeſſationes, nocturnæ vigiliæ virorum, fœminarumq; conuentus celebrantur, aut alia id genus fiunt, quæ ab honeſtate Clericorum videntur aliena, nec minus his rebus interſint, aut his cœtibus miſceantur.

Syn.Senon.in Decretis morum cap. 25. Cōc. Cōſtāt. 3. c.24.& 51. c. Non oportet el 2.de cō ſecr. diſt.5. c. Clerici, el 2. de vit.& hon. & c.vnic.eod. tit. in 6. c.his igitur 23. d. c. Clericum Mag.c.7.& 8. ſcurrilē.d.46. Concil. Cabilon. 2. cap.9. Conc.Turon. Presbiteri d. tempore Caroli cap Clericus maledicus diſt.46. cap.1. ne cler.vel mon. c. 34. Syn.Sen. ibidem. Conc.Carth.4. c 62. Conc.Antiſiod.c.40.

CAP. XVI.

CLERICIS cartarum,talorum,alearum, cœteroſue inhoneſtos,illicitoſq; ludos,& qui à ſorte dependent, omnino prohibemus, qui eis ſe immiſcere, aut ludentium fautores,ſpectatores,ſeu teſtes exiſtere, vel ludentibus domū accommodare audebunt,carceris ad libitum,& quinq; aureorum pœnam eò ipſo incurrant pro prima vice,pro ſecunda duplicetur pœna,creſcente verò contumacia vſque ad priuationem beneficii, & officii ſuſpenſionem procedetur; Alios autem ludos, vt puta pilę minoris, latrunculorum (qui vulgo dicuntur ſcacchi, & illorum globorum,qui malleis ligneis propelluntur, & his ſimiles non prohibemus dummodo id valetudinis & animi cauſa priuatoque loco fiat.

Conc.Tr. ſeſ. 22. cap.1. de ref. gen. Concil.Conſtant. 3.c.3. Canon. Apoſtolorum cap. 41.& 42. Syn.Senonen. vbi ſup.cap.1. ne cle.vel mona. c. clerici, el 2. de vit. & honeſt.

CAP. XVII.

NEMINI clericorum liceat canes, accipitres ſeu falcones, aliaue huiuſmodi animalia ad venandum ha-

c. Eſau. cum ſeq. diſt.86.

bere, nec minus venationi incumbere ſub pœna canonis, aliiſue arbitrio noſtro infligendis.

cap.1.ne cler. vel Mon.c.1. & 2. de cler. venat. Conc. Agaten. c.55. Conc. Cabil.2.cap.9. Cõc.Turon. tempore Caroli Mag.c.8.

CAP. XVIII.

CVM Miniſtris Eccleſiæ, qui ſacris functionibus operam ſuam addixerunt nihilęquè conueniat, quàm vitæ caſtimonia; intolerabileq; admodum videatur, quod concubinis,& inhoneſtis mulieribus, aliiſue (de quibus ſuſpicio eſſe poſsit) adhæreant: Idcirco Sacri Concilii Tridentini decretis inhærentes, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato; Cuiuſcunque ordinis & gradus Clericis prohibemus, ne concubinas, aut alias mulieres ſuſpectas in proprio, aut alieno domicilio detinere, aut cum iis, aliiſue extraneis fœminis vllam conſuetudinem, aut familiaritatem habere, audeant, ne male de eis loquendi, vel ſentiendi aditum hominibus præbeant ſub pœnis in eiuſdemmet Sacri Concilij decretis compręhenſis, atque aliis à ſacris canonibus, ædictoque noſtro aliàs promulgato inflictis; Et quoniam non ſolum malum cauere verùm quoque omne mali ſuſpicionem fugere oportet, ne in cuiuſquam offenſionem incurramus, prohibemus etiam, ne Clerici retinere in eorum ædibus audeant ancillas quę quadrageſimum quintum annum non excedant, & quæ bonæ conditionis & famæ non ſint, nec etiam illas mulieres quorum conuerſatio à Iure permittitur abſque ſpeciale noſtra licentia in ſcriptis obtenta ſub pœna aureorum xxv. ſub qua pœna caueant quoque ne aliquam mulierem literis inſtituant, vel ſcribendi, canendiq; rationem vel quid aliud ſimile doceant domi propriæ, vel alienę abſque eadem licentia noſtra, neue in lupanaribus, aliiſue locis inhoneſtis, aut in ædibus meretricum, ſiue ſuſpectarum mulierum, aut in locis ſecretis etiam cum mulieribus honeſtis deprætendantur, aut ipſæ mulieres in eorum domibus. Licebit tamen parochis huiuſmodi domos adiri, vbi euidentiſsime id animarum ſalus popoſcerit.

Seſſ.25.c.14. de refor. gen. Ex Cõc. Agathen. c.10. Cõcil. Oxon. cap.31.& 32. Conc. Carthagin.3.c.17. & 4.c.46. Conc. Cõſtãt.3.c.5. Cõc. Turo. 1. c. 3. & Tur. 2.c.10. Conc. Ilerden.c.15. Conc. Aurelian.3. c.4. Conc. Cabilonen. c.3. Conſt. Pij V. incip. Cũ primũ ædit. Cal. Apr.1566. & Conſt. Leon. X. inc. Supernæ æd.3. No. Maij 1515. c. Cũ omnib. c. Presbiter. c. ſiqui cũ aliis ſeq. diſt.81. c. vt Clerico. de vit. & hon. Cõc. Agat. c. 10. & 11. Conc. Tolet.2.c.3. Conc. Aruern. c. 16. c. 1. de cohabit. cler. & mulier. Cõc. Agaten. vbi ſup. c. his igitur d.23. c. clericus, & c. clerici vel cõtinentes d.81.

CLERICI

Digitized by Google

CAP. XIX.

CLERICI de adulterij, inceſtus aut ſtupri criminibus ſi cōuicti fuerint, pœnis à ſacris Canonibus, Cōc. Trid. & Synodo prouinciali Florentina impoſitis, aliiſque iuxta delicti menſuram, ac perſonarum qualitatem arbitrio noſtro infligendis, corripientur. Sin autem cum parochiana, vel filia ſpirituali carnale commercium habuerint vltra pœnas à Sacris Canonibus impoſitas, aliis arbitrio noſtro imponendis, & vſque ad beneficiorum priuationem extendendis punientur. Quod ſi ſcelus tantummodo fuerit attentatum, non autem opere completum, ſi in ſacramento pœnitentiæ factum fuerit vltra ſuſpenſionem ipſo facto incurrendum, pœnæ arbitrii noſtri ſubiaceant, Sed ſi atrocioribus incontinentiæ criminibus laborare deprehenſi fuerint, & illo preſertim crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, pœnis Canonicis, & in conſtitutionibus Pij V. fel. rec. comprehenſis ſciant ſe eſſe comprimendos. Et vt omnis mali occaſio, & ſuſpicio ſimul tollantur Clericis prohibemus, ne pueros ſuſpectos, impudicos, ſeu aliqua infamia laborantes domi ſuę detineant ſub pœna arbitrio noſtro infligenda.

Conc. Tr. vbi ſup. c. ſiquis, el. 1. cum ſeq. d. 81. c. ſiquis el 2. ead. diſt. c. lator, & ibi glo. 1. 2. q. 7. Syn. Flor. de Adult. c. 1. & 2. Diaz in pr. crim. cap. 77. 78. & 79. c. Omnes. c. ſi quis ſacerdos c. non debet 30. q. 1. Diaz ib. c. 76. Conſt. prima Incip. cū primū ædit. Cal. Apr. 1566. alia incip. horrendum ędit. 3. Cal. Septēbris 1568.

Eſt Cōſt. Leo. X. inc. Supernę ęd. 3. No. Maij 1515. &. vt clericorū mores ac vit. & hon. cl.

CAP. XX.

SI quis Clericus Lenocinij ſcelus cōmiſerit, vel domum ad huiuſmodi nephas committendum commodauerit, pœna carceris, & pecuniaria arbitrio noſtro iuxta qualitatem delicti punietur.

CAP. XI.

CAVEANT Clerici ne ædes eorum patrimoniales infamibus perſonis ſuſpectiſque fœminis locent, quod magis in Eccleſiæ domibus prohibitum eſſe intelligant ſub pœnis ſupra ſtatutis de immunitate Eccl. c. fin. Domos vero Eccleſiarum, aut earum partes, in quibus habitant Clerici,

Digitized by Google

aut quæ eorum habitationi præſtitutæ ſunt, laicis nullo modo locent aut concedant, vt etiam prouinciali Florentina Synodo cauetur; ſed Clerici ipſi & præſertim Parochi quicumque ſint in ipſis domibus habitent, ibique cibũ & ſomnum capiant, niſi aliud Nos ex aliqua legitima, ſeu neceſſaria cauſa faciendum eſſe cenſuerimus.

Syn. Flor. de vita, & hone. cler. cap. 5.

CAP. XXII.

Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 8. de refor. gen. Conc. Matiſcon. 2. cap 11. Diſt. 42. §. 1. & c. quieſcamus d. 85. c. 1. C. de Monac. de præben. cũ ſimil. Fuſc. lib. 2. c. 3. num. 15. & c. 13. num. 4. cum aliis ſeq.

PAROCHOS, alioſue omnes beneficia Eccleſiaſtica qualiacumq; obtinentes, præſertim eos, qui fructus habent vberiores, quàm ad vitę tuendæ rationem & hominis conditionem requiratur, monemus & in Domino obſecramus, vt hoſpitalitatis officium à ſanctis patribus frequenter commendatum (quantum per eorum prouentus licebit) promptè, benignèq; exercere aſſueſcant, memores eos qui Hoſpitalitatem amant, Chriſtum Dominum in Hoſpitibus recipere, à quo & ipſi in æterna tabernacula recipientur.

CAP. XXIII.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. §. Synodi. Fuſc. dicto c. 3. n. num. 17.

AD Synodum illi omnes quot annis accedant, qui in Ciuitate & Diœceſi noſtra Collen. parochialium Eccleſiarum quoquomodo curam gerunt etiam ſi alias exempti ſint, Item qui alia qualiacumq; beneficia Eccleſiaſtica etiam ſine cura obtinent, dummodo tunc temporis in Ciuitate ſeu Diœceſi commorentur, vel ab ea vltra xxv. millia paſſuum non diſtent ſub pœna vnius aurei pro quolibet id negligente.

CAP. XXIIII.

DENIQVE quæcumque alia à ſacris Canonibus, generalibus Conciliis & præcipue à Concilio Tridentino, & ab Apoſtolicis conſtitutionibus, ad eorum vitam, & honeſtatem pertinentia, ſtatuta, pręcepta, ac prohibita ſunt Clerici omnes diligenter perficiant, caueant, & ſeruent, ſubituri

Syn. Pro. Flo. de vit. & hon. cap. fin.

Digitized by Google

bituri, ni pareant eas omnes animaduerſiones, quæ in illis Canonibus, Conciliis, & conſtitutionibus continentur, aliaſque præterea quas pro delictorum qualitate Nos hactenus ſtatuimus, aut in poſterum conſtituemus. Meminiſſe eos quoque volumus, vt in inceſſu honeſtatem exhibeant, vt itineris grauitate, mentis maturitatem oſtendant, vt omnem corporis incompoſitionem (maxime in publico) vt riſus diſſolutos, & indecentem oculorum vagationem deuitent. Incompoſitio enim corporis, riſus diſſolutus indecenſq; oculorum vagatio inæqualitatem indicant mentis: pariterq; meminiſſe eos volumus, vt in conuerſatione cum laicis ita ſe habeant, vt neque ex nimia familiaritate, aut conuerſatione æquali reddatur contemptus dignitatis, neque ex nimia auſteritate faſtu, aut pompa, ſuperbi aut plus æquo elati iudicentur.

c. His igitur diſt. 23. §. fin. diſt. 41. Syn. Senon. in Decretis morum cap. 25. Cōc. Cabil. 2. cap. 9.

DE BLASPHEMIS. Rub. XXXXVI.

CAP. I.

AD abolendum nepharium & execrabile blaſphemiæ ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoque legibus receptum eſt, decernimus vt quicumque ſiue laicus, ſiue clericus Deum & D. N. Ieſum Chriſtum vel Glorioſam Virginem MARIAM eius Genitricem expreſſe blaſphemauerit, aut ipſis publicè maledixerit, pœnis in conſtitutione Pij V. fel. rec. contentis puniatur, Qui verò reliquos ſanctos maledictis, contumelioſiſque & obſcenis verbis laceſſerit vel eorum nomini detraxerit pro qualitate blaſphemiæ atque perſonæ arbitrio noſtro corripiatur: In foro autem conſcientiæ ei qui blaſphemiæ reus fuerit grauem pro modo culpæ Confeſſarius pœnam imponat.

Leuit. 24. c. 14. 15. & 16. In Auct. vt nō luxuriētur cōtra Natu. prope finem. Incip. cũprimũ ædit. Cal. Apr. 1566. Eſt ſimilis cōſtit. Leon. X. incip. Superne ęd. 3. Non. Maij 1515. c. 2. de Male.

QVI

CAP. II.

QVI blaſphemantem audierit, ſi poſsit abſque periculo, vel eum aſperius obiurget, vel omnino intra triduũ nomen illius ad curiam noſtram, vel tẽporalem deferat; ſi plures ſimul audierint, ſinguli idem faciant, vel eorum aliquis nomine omnium, ſi parentes, Domini, Mercatores, aut artifices audiuerint filios, famulos, aut miniſtros reſpectiue blaſphemantes eos obiurgare non deſinant, & niſi pluries obiurgati reſipiſcant, domo eiiciant, & (vt ſupra) deferant, ne & ipſi diuinę Maieſtatis rei tantum ſcelus perferendo conſtituantur. Magiſtratus verò ſeculares in Domino & per eius gloriam, quæ blaſphemia maxime violatur, obſecramus vt in blaſphemos inſurgant, & contra eos ſeueriſsime procedant, vberrimam piæ curæ mercedem à Domino expectantes prĕter decem annorum indulgentiam à poſteriori Lateranenſe Concilio ipſis & deferentib. elargitam.

Conſt. Leo X. ſupracitata.

Seſſ. 9. de ref. curię.

CAP. III.

STVDEANT parochi modis omnibus ex eorum parochiis deteſtabile hoc blaſphemię ſcelus exterminare, quod vt facilius aſſequi poſsint, vnuſquiſque in ſua parochia ſocietatem Nominis Dei quam primum inſtituere curet, ea norma, regula, & indulgentiis propoſitis, quæ in Bulla fel. rec. Pij * IIII. & in aliis Pij V. & Gregorij XIII. continentur, vt id quoq; Synodo prouinc. Flor. mandatur.

* Conſt. Pij 4. incip. Iniũctũ ædit. Id. Apr. 1564. Conſt. Pij V. incip. Deut. ędit. die 21. 1580. & alia Iunij anno ſexto eius Pont. Conſt. Greg. 13. incip. Alias per ædit. die 9. Iulij quæ incip. Ad perpetuam ædit. die 5. Sept. 1580. Syn. Fl. de blaſphem. c. fin.

DE MAGICIS, ARTIBVS, SORTILEgiis, Diuinationibus, Maleficiis, Superſtitionibuſque tollendis. Rub. XXXXVII. Cap. I.

ET ſi ſortilegia, incantationes, diuinationes, ſuperſtitiones, maleficia, veneficia, auguria, aliaq; ſimilia deteſtanda ſcelera & delicta, diabolica ope ad inuenta omni iure prohibita ſint, nihilo minus cum non nulli leuiſsimi, temerarii, impii, ac ſacrilegi

c. de Malef. & Math. m. per tot. q. 1. 2. 3.

Digitized by Google

gi homines, tàm virilis quàm fęminei ſexus reperiantur qui in miſerandam animarum ſuarum ruinam, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes ſeu ſcientias exercent, profitentur, docent, aut diſcunt, quiue huiuſmodi illicitas diuinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, ſimiliaq; diabolica & deteſtanda ſcelera & flagitia faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt iniuſte atq; impudenter quod Dei eſt ſibi aſſumentes & vſurpantes, Vnde fit, vt dum ab eis, quod ſolius eſt Creatoris, perperam creaturis tribuitur, Diuina Maieſtas grauiter lædatur, fidei integritas violetur, & animabus præcioſo Chriſti ſanguine redemptis peſtis & exitum importetur. Propterea præfata à Diœceſis noſtræ Collenſis limitibus pœnitus eradicare, & exterminare fidei integritatem inuiolatam in ipſa conſeruare, ac animarum ſaluti proſpicere, quantum diuina gratia poſſumus, cupientes, quod de facile euenire poſſe ſperamus ex pœnarum multiplicatione; Synodi prouincialis Florentinæ, ſacrorum Canonum, Apoſtolicarumq; conſtitutionum, & præſertim Conſtitutionis Sixti Quinti auctoritate innixi, ſtatuimus atque mandamus, ne de cætero aliquis cuiuſuis gradus, dignitatis, ſexus, aut conditionis exiſtat, audeat, ſeu præſumat, verbis, nodis, cantionibus, caracteribus, ligaturis aut alio quocumq; modo maleficam, ſortilegam, aut veneficam artem profiteri, & colere, aut quouis artis magicæ & veneficii genere, pactionis & fœdera expreſsè vel tacitè cum Dœmonibus inire, ſiue pro depellenda febre, ſiue pro ſtringendo ſanguine, ſiue pro recuperanda valetudine etiam animalium, ſiue pro rebus deperditis vel ſubtractis, vel theſauris abſconditis exquirendis, ſiue pro aliis quibuſcumque negociis ſub pœna excommunicationis, aliiſue tàm in Sacris Canonibus Apoſtoliciſq; conſtitutionibus Synodiq; prouincialis Florentinę decretis contentis, quàm arbitrio noſtro pro qualitate criminum etiam corporaliter infligendis.

& 4 & potiſſimũ. ſ. vbi de hac materia habetur. extra de ſortil. per tot. Conc. Ancyr. in fine. Conc. Agath. cap. 42.

Syn. Flor. de Mag. ar. c. 1. Cõſt. Syxti V. incip. Cœli, & terræ ædit. No. Iul. 1585. Conſt. Leo. X. incip. Supernæ circa finẽ ædit. 3. Non. Maij 1515.

Digitized by Google

CAP. II.

Conc. Tolet. 4.cap.28. Syn.Pr. Flor. vbi ſup. c.2.

ILLE verò qui huiuſmodi hominis magos ſortilegos, diuinatores & maleficos aliqua de re conſuluerint, nec non qui eos conſulendi auctores, ſeu hortatores extiterint ſeuere à Nobis & carceris & pecuniaria coercentur pœna.

CAP. III.

EIVSDEM Conſtitutionis Sixti Quinti auctoritate prohibemus ne quis poſthac artem Aſtrologiæ iudiciariæ præterquam circa agriculturam, nauigationem & & rem medicam exerceat, vel libros, opera & tractatus huiuſmodi Iudiciariæ Aſtrologiæ ſeu Geomantiæ, Hidromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantię, Artis magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, aut ſuperſtitiones continentur, aut qui alias quouis modo interdicti ſint retineāt ſub pœnis & cenſuris in ipſa Conſtitutione & Indice contentis, aliiſue arbitrio noſtro irrogandis.

Cōſt.Syxti V. ſupracitata, & Ind. libr. prohib. reg. 9. Pœnę ab Indice impoſitę cōtinentur in vltima reg.

CAP. IIII.

Syn. Flor. vbi ſup. cap. 9.

NVLLI Clerico ſeculari aut regulari, vt eadem Synodo Florentina ſancitum eſt, liceat in poſterum energumenis exorciſmos adhibere niſi de licentia noſtra in ſcriptis habita, tuncque ſumma cum reuerentia & deuotione in Eccleſiis coràm pluribus honeſtis & probatis hominibus ætate, & morum integritate grauibus, non autem in conſpectu multitudinis huiuſmodi religioſum opus perficiatur; caueaturque ne in ipſis exorciſmis vlla curioſa inueſtigatio, & quæ pręſertim ad diuinationem tendere videatur, interueniat ſub carceris aliiſue arbitrio noſtro infligendis pœnis.

DE

Digitized by Google

CAP. V.

DVO ſimul nunquam exorcizentur; Quando autem exorcizantur mulieres ſiue domi de licentia noſtra, ſiue in Eccleſia, id nullo pacto efficiatur, niſi illarum parentes aut fratres aut alii proximiores interſint, idq; nunquam fiat ante ortum vel poſt occaſum ſolis.

CAP. VI.

CAVEANT qui exorcizandi functionem exercent, ne vllo pacto Nobis in conſultis Euchariſtiæ Sacramentum Energumenis exhibeant, Neue pariter ſine conceſſu noſtro aliquod præmium, donum, aut munus, quodcumque ſit, etiam ſponte oblatum ob hoc pietatis opus ab Energumenis, ſeu eorum conſanguineis, vel affinibus, vel ab iis, qui eorum curam gerunt, exigant aut recipiant ſub pœna ſuſpenſionis a diuinis ipſo facto incurrendæ.

DE FVRTO.
Rub. XXXXVIII.

CAP. VNICVM.

CVM crimen furti Clericali dignitati non paruam irroget infamiam vt Clerici pœnę ſaltem formidine à furtis committendis deterreantur, ſtatuimus, vt Clericus pro primo furto pręter legitimam reſtitutionem, xxv. aureorum & carceris pœna per menſem afficiatur, pro ſecundo duplicetur pœna, pro vlteriori, beneficiis priuetur & ad triremes perpetuas mittatur, niſi qualitas furti ipſum degradari, at Curię ſeculari tradi requirat.

c. Presbiter diſt. 81. c. cũ non ab homine de Iud. c. Tuę de pœn. cum ſimilib.

DE VSVRIS.

Rub. XXXXIX.

CAP. VNICVM.

Exod. 22. D. 25. Leuit. 25. E. 36. Deut. 29. c. 19. Pſal. 14. B. 5. Ezech. 18. c. 13. & alij in teſt. veteri. In nouo. Luc. 6. E. 34. c. Miniſtri. c. ſiquis, el 1. cũ plur. ſeq. tot. tit. extra de vſur. & in 6. & Clem. Late Didac. lib. 3. reſol. c. 1. num. 5.

DETESTABILE Vſurariæ prauitatis crimen omni iure diuino & humano damnatum & deteſtatum abolere cupientes præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis tàm Clericis, quàm Laicis huius Ciuitatis & Diœceſis noſtræ Collenſis, ne quis eorum vſuras, exercere, aut vſurarios contractus conficere audeat, Alioqui, ſi aliquis, æternæ ſalutis immemor, contractus quoquo modo illicitos, fœneratitios aut vſuram ſapientes celebrauerit, non ſolum pœnis à iure ſtatutis eum ſubijcimus, ſed excommunicationi etiam latę ſententiæ, à qua non niſi à Nobis pręter quam in mortis articulo poſsit abſolui, tuncque facta; prius vſurarum reſtitutione, ſi habeat vnde reſtituat, vel datis pignoribus, aut cautione, qua hæredes ad reſtitutionem poſsint compelli, quibus pœnis proxenetas quoque, inter nuncios, interpraetes, & notarios fœneraticia inſtrumenta conficientes obnoxios eſſe volumus: Et quoniam in Synodo prouinciali Florentina plura ſancita repeꝛiuntur ad vſurariam materiam pertinentia, quæ Nobis admodum ſatisfaciunt, propterea pluris nihil in hac Synodo ſtatuendũ decreuimus, ſanctiones tantum ipſas in hac Ciuitate & Diœceſi obſeruari inuiolabiliter volumus, perinde ac ſi de verbo ad verbum in eademmet perlectæ, inſertę, ac promulgatæ fuiſſent.

Syn. Flor. de vſur. per tot.

DE

DE CENSIBVS. Rub. XXXXX.

CAP. VNICVM.

CVM cenſuum, ſeu annuorum reddituum contractus intra limites eiſdem contractibus per ſummorum Pontificum Martini V. & Caliſti III. conſtitutiones ſtatutos contenti non ſolum liciti ſint ſed etiam ad tollendum vſurariam prauitatem, & ad commodum Reip. Chriſtianæ maxime accommodati, nihilominus cum nouiſsime per quandam fel. rec. Pij V. Bullam regula certior & forma habeatur, quibus legitime & ſine ſalutis periculo huiuſmodi contractus celebrari poſſunt: Propterea nil aliud ſtatuendum cenſuimus, quàm tùm Clericis, tùm Laicis Ciuitatis & Diœceſis noſtræ præcipere, vt exactiſsime prędictam Bullam in cenſuum conſtitutione ſeruent; Et vt quilibet conditioneſquæ in cenſibus creandis interuenire debent, optime noſcat, ne ſi deliquerit ignorantia vllo vnquam tempore excuſare ſe valeat, inferius vulgari lingua inſerendas eſſe decreuimus conditiones ipſas ad cenſuum validitatem requiſitas ex ipſius Bullę Pij V. præſcripto.

Eſt Conſt. Nicolai V. incip. Solicitudo ędit. prid. Cal. Oct. 1452. Et alia Pauli 3. incip. Dilectus filius æd. prid. No. Martij 1545. Conſt. Martini, & Caliſti non habentur in Bullario, quod circunfertur. Incip. cũ onu. ædit. 14. Cal. Febr. 1568.

Condizioni che ſi ricercono alla validità de cenſi ſecondo la Bolla ſopra citata di Pio Quinto.

CHE li cenſi ſi creino & conſtituiſchino ſopra beni immobili ò che per immobili ſiano tenuti, & che di loro natura ſiano fruttiferi e diſegnati e dimoſtrati nominatamente con li confini e termini certi.

Che li danari del prezzo tutti & interamente ſi paghino & sborſino in contanti alla preſenza di teſtimoni, e del Notaio quando ſi fa il contratto, e mai ſi sborſino innanzi, ne

Digitized by Google

ſi faccino paghe anticipate ne patti intorno ad eſſe.

Che ne direttamente ne indirettamente v'interuenghino conuenzioni di ſorte alcuna circa li caſi fortuiti, ſe non quanto comporta la natura del contratto.

Che non ſi poſſa con patti torre, ò riſtringere la facultà, & libertà d'alienar la coſa ſottopoſta al cenſo, ſempre che ſi vuole, volendo il Papa che ò in vita, ò in morte ſi poſſa alienare à beneplacito & liberamente ſenza pagarſi coſa alcuna in nome di laudemio, di quinquageſima, ò d'altra recognizione per l'alienazione di detta coſa.

Che douendoſi vendere la detta coſa ſottopoſta al cenſo, il padrone del cenſo ſia preferito ad ogn'altro, & che ſe li debbino intimar le condizioni con le quali ſi ha da vendere e di poi aſpettarlo per vn meſe.

Che non ſi può obbligar il debitor del cenſo, che mancando alli debiti tempi di pagar il douuto cenſo, ſia tenuto à rifar danno alcuno, ſpeſa ò intereſſe al creditore, ò che debba perder tutto ò parte della coſa cenſuale, ò pagare altra pena, come anco ſi prohibiſce che per li cenſi decorſi non pagati, ò da decorrere, ſi accreſca il cenſo, ò ſene crei altro di nuouo ſopra la medeſima coſa, ò altra in fauor del primo compratore ò di altra perſona ſottopoſta à lui.

Che le conuenzioni & patti, che alcuno de contraenti ſi obblighi à pagar grauezze che di ragione ò per natura del contratto, non ſe li aſpettano ſono nulli & inualidi.

Che mancando la coſa ſopra la quale è conſtituito il cenſo in tutto ò in parte diuenendo infruttuoſa, deue parimente mancare e diminuirſi il cenſo per rata.

Che ſi poſsino eſtinguere li cenſi per il medeſimo prezzo, che furono fatti non oſtante qual ſi voglia patto contrario ò corſo di tempo etiam ſopra cento anni, ò clauſule di qual ſi voglia ſorte.

Che volendo il venditor del cenſo eſtinguere, ò ricomprare il detto cenſo, deue per due meſi auanti che habbia da far lo ſborſo delli danari denunziare & intimar al compratore queſta ſua volontà, e non ricomprando fra detti due meſi, può eſſer aſtretto infra vn'anno à ricomprarlo dal compratore, e non effettuandoſi la prima volta, ò perche il

com-

Digitized by Google

compratore non lo sforzi dentro all'anno à sborſarli, ſi può nondimeno eſtinguer gl'altri anni, repetendo ſempre le medeſime denunzie, & oſſeruando quanto è detto di ſopra fin che ſegua l'effetto.

Che oltra il caſo predetto non ſi può far patto alcuno che il debitore del cenſo poſſa eſſer forzato, ò aſtretto in qual ſi voglia modo etiam ſotto preteſto di pena à reſtituire il prrzzo.

Che li contratti de cenſi fatti ſotto altra forma dopo la publicazione della Bolla ſuddetta ſi intendino vſurarii, e quelli che foſſero ſtati fatti prima ſi debbano conſultare con perſone religioſe, perite ſottomettendoli à loro giudizio per ſcarico della conſcienza di ciaſcuno, che coſi ſono eſortati nella detta Bolla li comperatori delli ſuddetti cenſi.

Che il prezzo vna volta conſtituito al cenſo non ſi può ne accreſcere ne diminuire per qualſiuoglia qualità di tempi ò di contrahenti, ò per qual ſi ſia altro accidente etiam per riſpetto de gl'vltimi contraenti.

Che il fiſico poſſa torre tutto quello che eſpreſſamente, ò tacitamente ſi darà, rimetterà, ò laſcerà contro la forma, ò continenza di detta bolla.

E perciò ſi auuertiſce ognuno coſi li contraenti, come i Notari à guardarſi dalle fraudi, perche di tempo in tempo ſi farà diligentiſsima inquiſizione centro di loro; e ſecondo la forma della ragione ſaranno priuati, & gaſtigati li traſgreſſori.

E perche la Santità di N. Signore Papa Clemente Ottauo per vna ſua Bolla che comincia Quę ad ſubleuationem, data in Roma il di 1. di Maggio 1592. ha ridotto tutti li cenſi venduti dalle Communità, & vniuerſità dello ſtato Ecclesiaſtico che paſſauano la quantità di ſette per cento, alli ſette ſolamente, per ciò Noi ancora ſeguendo la predetta reduzzione e moderazione, vogliamo che per l'auuenire non ſi poſsi in modo alcuno nella conſtituzione, e compra de cenſi paſſar li detti ſette per cento nella Città & Dioceſi di Colle, dichiarando vſurarii quei contratti, ne quali li cenſi paſſeranno la quantità delli ſette predetti; Et acciò le ſud

dette

Digitized by Google

dette condizioni venghino à notizia di ciaſcuno, comandiamo alli Curati che ogn'anno due volte almeno le publichino nelle chieſe loro in qualche giorno di feſta dentro la ſolennità della Meſſa.

DE DVELLIS. Rub. XXXXXI.

CAP. VNICVM.

ET ſi ad exterminandum ex Chriſtiano orbe deteſtabilem duellorum vſum fabricante humani generis hoſte inuentum & introductum, vt ex cruenta corporum morte animarum etiam ſimul interitus & pernicies ſequatur, excommunicatio, aliaue grauiſsimæ penę in locum ad Monomachiam concedentes, in pugnam committentes in eorum patrinis, in conſilium in cauſa duelli tàm in iure quàm in facto dantes, aut alia quacumque rationę ad id quemquam ſuadentes, nec non in ſpectatores ſalubriter inflictæ ſint. Cum tamen hominum creſcente malitia non deſint qui priuatum duellum non minus cruentum & animæ & corpori noxium ac perniciosum quàm publicum committant, immemores forſitan Conſtitutionis fel. recor. Gregorii XIII. & conſtitutionis vltimo loco emanatæ à Santiſsimo Domino noſtro Clemente Papa VIII. quę duella etiam priuata ſub grauiſſimis pœnis prohibent & deteſtantur, Vt vnuſquiſque ſciat quid omnino ſit illi vitandum, & ne ignorantia vllo vnquam tempore merito aliquem valeat exſcuſare, Summarium conſtitutionis ipſius S. D. N. licet alias per Diœceſim noſtram demandato noſtro fuerit publicatum, materna lingua ad maiorem ſingulorum notitiam hic nihilominus explicandum inſerendumque eſſe decreuimus, cuius tenor talis eſt videlicet.

Contra duellantes eſt Cōſtit. Iulij 2. Leon. x. Cle. 7. Iul. 3. Pij 4. Conc. Tr. ſeſ. 25. de ref. gen. tex. in c. 2. de cler. pugn. in duell. De torneam. per tot. & toto tit. de purgat. vulg. Conſt. Greg. 13. incip. ad tollendū ædi. 5. Dec. 1582. Cōſt. Sāctiſs. D. N. Clem. incip. Illius vices ædit. 16. Cal. Septem. 1592.

Sen-

Sommario della Bolla della Santità di N. S. Papa CLEMENTE *Ottauo contro quelli che combattano in duelli publici ò priuati, & che ſcriuono ò altrimenti paleſano cartelli, ò manifeſti & contro loro fautori, ò complici.*

VOlendo la Santità di N. S. Papa CLEMENTE Ottauo eſtirpar in tutto ogni ſorte di duello coſi publico come priuato, per vna ſua bolla del li XVII. d'Agoſto 1592. Rinnuoua principalmente la Bolla di Papa Pio IIII. doue ſi ſcomunicano tutti i Principi & Baroni, eccettuando ſolo l'Imperatore, & i Regi, li quali danno campo franco à duellanti, e tutti quelli che fanno duelli e disfide, ò vero gli conſigliano, aiutano, fauoriſcono, e ne ſono ſpettatori, & vuole che li delinquenti ſe ſono Eccleſiaſtici oltra la ſcommunica nella quale incorrono ſiano priuati di tutte le degnità, e beneſizii, & gli rende inhabili in perpetuo à poterne piu ottenere, & riſerua è ſe ſteſſo l'aſſoluzione di detta ſcomunica.

Rinnuoua in oltre il decreto del Concilio di Trento, nel quale vengono ſcomunicati tutti i Principi, Regi, & Imperatori che ſi ſiano, ſenza eccettuarne alcuno, li quali diano campo franco à duello, & ſi priua di quel luogo, in cui permettono il duello ſe fu conceſſo loro dalla Chieſa, & ſe è feudo vuole che ricada à padroni del diretto dominio; Et iſcomunica parimente i duellanti, & i padrini, ſottoponendoli alle pene delli homicidij, ordinando che gli ſiano confiſcati tutti i beni, & dichiarati perpetuamente infami, ſiano priuati della ſepoltura Eccleſiaſtica ſe muoiano combattendo.

Referiſce & rinnuoua la Bolla di Gregorio XIII. il quale ſottopoſe alle iſteſſe ſopraddette pene quelli che fãno duelli priuati, ſe penſatamente ſi ſaranno accordati di trouarſi in luogo e tempo particolare, ancor che ciò ſi faccia ſenza patrini, ſenza compagni, ſenza ottener campo franco, & ſenza che preceda cartello alcuno, e tutti li Principi che (per quanto poſſono) non prohibiſcono ſimili duelli, & li compagni, e quelli che premeditatamente ſono ſpettatori.

Dichia-

Dichiarando che li ſopradetti delinquenti incorrino nella ſcommunica ancor che ſolamente entraſſero in campo, ſe ben poi per altro impedimento non foſſero venuti alle mani pur che fuſſero ſtati pronti à combattere.

E confermando le ſopraddette pene e cenſure, & à quelle aggiungendo determina e dichiara che le nominate conſtituzioni, & Decreto habbino forza & leghino per tutto il mondo qual ſi voglia perſona, & che comprendino ancora quei duelli, li quali tal'hora ſi vſano tra huomini priuati, che in eſerciti nimici guerreggiano, quando che per priuate inimicizie ſi sfidano etiam con licenza del loro capitano.

Et vuole che nelle iſteſſe pene e cenſure cadino quelli che fanno patto d'entrare in mezzo dopo certi colpi, ferite ò ſpargimento di ſangue, e quelli ancora che combattono à due, ò tre, ò piu per parte.

Prohibiſce ogni ſorte di manifeſto, il quale ſuole eſſere origine di duello, mentre che in forma di lettera ò publica proteſta ò poliza da molti ò da vno ſottoſcritta, o relazione ſotto preteſto di difender l'honore altrui, ò proprio conforme à puntigli di caualleria per difendere, ò per offendere; & per proua che altri ſia ò non ſia ingiuriato, ò per leuar di ciò il ſoſpetto ſi narrano, fatti, parole & riſpoſte, ò vero ſi afferma, ò nega qualche coſa, tacciando chi contradice, ò nominandoli ò eſpreſſamente, ò tacitamente per bugiardi, & mentitori, ò vero conforme alli iſteſsi puntigli di caualleria ſi domanda, dichiara, & riſponde con quale animo e fine ſi ſia detto ò fatto qualche coſa, ò vero ſi offeriſce contro perſona certa, ò incerta, ò vero generalmente contra qual ſi voglia a prouare, ò verificare con la ſpada in mano vna coſa piu che vn'altra.

E perche tal'hora ſenza ſcritto alcuno ſi viene à ſimili trattati con le ſole parole, però S. Santità prohibiſce tutte le narrazioni, dichiarazioni, & teſtificazioni fatte in luoghi publici ò priuati, doue ſoglia ragunarſi brigata, che contenghino li ſopradetti punti.

E maladice, e ſcomunica qualunche per ſuo, ò vero per altrui intereſſe contrauerrà alle coſe predette, e molto piu ſeueramente fulmina l'iſteſſa ſcomunica contro tutti quel-

li

li che detteranno, comporranno, ſcriuerranno, manderanno, porteranno, diuulgheranno, affigeranno, copieranno, ſtamperanno, ſottoſcriueranno, intimeranno, denunzieranno con parole, ò vero teſtificheranno coſa appartenente à disfida, e cartelli, e vuole che incorrino nell'iſteſſe pene tutti quelli che aiuteranno, conſiglieranno, fauoriranno, esforteranno, & in qualunche maniera ſi intrometteranno in Duello publico ò priuato ò vero in disfida, ò vero in manifeſti & cartelli, ſe bene dopo non ſi commetteſſe duello alcuno, ne ſi veniſſe in campo, ne ſi faceſſe eſpreſſa, ò aperta difeſa, ne li predetti manifeſti fuſſero ſtati intimati, ò publicati, pur che ciò da eſsi non fuſſe reſtato.

E vuole che ſe moriranno in Duello ſiano priuati di ſepoltura Eccleſiaſtica, & interdice tutte le Città, Terre, Caſtelli, Fortezze, e luoghi ne quali ſi commette duello, ogni volta che tacitamente, ò eſpreſſamente lo permettano e tolerano li loro padrini, Senato, Popolo, ò Magiſtrati.

Riſerua à ſe ſolo & alli ſuoi ſucceſſori Pontefici Romani la relaſſazione, & aſſoluzione delli detti interdetto e ſcomunica, eccetto che in articolo di morte. Derogando per ciò à tutti i priuilegii conceſsi dalla Sedia Apoſtolica à qual ſi voglia perſona coſi Eccleſiaſtica, come ſecolare, di qual ſi voglia preeminenza etiam Regale, ò Imperiale.

Quod quidem ſummarium Parochi in eorum Eccleſiis inter Miſſarum ſolemnia ſaltem bis ſingulis annis in Dominica Sexageſimæ, & in prima Dominica Auguſti perlegere ac promulgare non omittant. Quod ſi non paruerint à nobis grauiter punientur.

DE MEDICIS, Rub. XXXXXII.

CAP. I.

VT Medici tàm Chyrurgici quàm Phyſici ad ægrotos in lecto iacentes vocati, optime ſciant quid ab ipſis ſeruandum ſit in eorum curatione, vtq; pariter ægrotorum Conſanguinei, Domeſtici & familiares non ignorent quę eorum partes ſint,

eodem tempore ſaluti animæ & corporis ipſorum ægrotorum conſulatur, inferius inſerere, & vulgari idiomate explicare decreuimus ſummarium Bullæ fel. rec. Pij V. æditæ die 8. Menſis Martij anni 1566. ſuper iis quę Medici obſeruare tenentur in curatione infirmorum. Quod quidem curent Parochi ſtatim poſt harum conſtitutionum publicationem parochianis ſuis diuulgare, & inde ter vel quater ſingulis annis ad publicam omnium notitiam, eoſq; monere prout Nos omnes & ſingulos Iuriſdictione, & curę noſtrę commiſſos monemus, & in Domino obſecramus, vt quandocumq; aliquis ex eis infirmari contigerit, prius ſpiritualem, quàm corporalem Medicum adhibeant, vt ſpirituali medicina adhibita, melius inde proficiat corporalis.

Hæc conſt. incip. ſupra gregem.

Sommario della Conſtituzione di Pio V. da oſſeruarſi per li SS. Medici data in Roma il dì 8. di Marzo. 1566.

PRIMA innouando la conſtituzione della felice memoria di Innocenzio Terzo, comanda che tutti i Medici ogni volta che ſaranno chiamati per curare infermi, che giaceranno in letto, gl'habbino da auuiſare che ſi confeſsino, ne eſsi Medici poſſino viſitarli piu di tre giorni, ſe il Confeſſore non giudicaſſe per alcuna giuſta cauſa concedergli piu lungo tempo, ſopra di che ſi graua la conſcienza di eſſo Confeſſore.

Hęc conſt. eſt relata in cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.

Secondo paſſato il detto tempo di tre giorni, li Medici non medicheranno alcuno infermo ſe non haranno la fede in ſcritto del Confeſſore che l'Infermo ſi ſia confeſſato.

Terzo ſi eſortano tutti i parenti, familiari, domeſtici dello Infermo, che faccino ſapere l'infermità ſua al curato, acciò egli dipoi come anco i detti parenti, e familiari lo perſuadino & induchino à confeſſarſi.

Quarto i Medici che non oſſerueranno le dette coſe oltre lo incorrere nelle pene della detta Conſtituzione d'Innocenzio

Digitized by Google

nocenzio terzo, ſaranno reputati perpetuamente infami, e priuati del grado della Medicina, banditi, e ſcacciati dal Collegio ò vniuerſità de Medici, e ſaranno anco puniti in quella pena pecuniaria, che parerà all'Ordinario di quel luogo doue haranno errato.

Quinto per maggiore oſſeruanza delle dette coſe, comandaſi in detta conſtituzione, che per l'auuenire, in alcun luogo del Mondo ſi dottori alcuno in Medicina, ò ſe li conceda facultà ò licenza di medicare da qual ſi voglia Collegio & vniuerſità, ſe prima non giurerà in mano de detti Collegii, & Vniuerſità, ò vero in mano dell'Ordinario del luogo, & in preſenza del Notaio publico e teſtimoni di oſſeruar tutte le coſe contenute nella detta Conſtituzione, e che di poi del detto giuramento ſene faccia eſpreſſa menzione nel priuilegio ò licenza di medicare.

Seſto ſi diſpone che ſe li Collegii & vniuerſità predette non hauendo prima fatto pigliare il ſuddetto giuramento da quelli che ſi douerranno dottorare in Medicina, gli dottoreranno, ò vero li daranno licenza di medicare, incorrino nella pena della priuazione di poter piu dottorare per l'auuenire.

Settimo ſi comanda in detta conſtituzione à tutti li Patriarchi, Primati, Arciueſcoui, e Veſcoui, che nelle Città & Dioceſi loro faccino publicare la detta Conſtituzione, e con tutti i mezzi di ragioni forzino li Medici e quelli che haranno licenza di Medicare à preſtare il detto giuramento, e che non ammettino per l'auuenire alcuno nella Città e Dioceſi loro à medicare, ſe prima non gli conſtarà che habbino preſtato il detto giuramento, e che gli contumaci & altri che recuſaſſero di preſtare il detto giuramento, ò eſibire il giuramento gia preſtato, ſiano priuati del grado della medicina, e di tutti i priuilegii conceſsi per qual ſi voglia Pontefice Romano alli Medici coſi in comune, come in priuato, & anco particolarmente, e che gl'interdichino l'ingreſſo della Chieſa fin che ſi ſaranno emendati.

Ottauo ſi caſſano & annullano tutti i priuilegii & indulti che faceſſero contra la detta conſtituzione per lo addietro conceſsi à qual ſi voglia Collegio, & Vniuerſità, & efor-

tanſi tutti li Principi, Magiſtrati ſecolari à dare ogni aiuto, e fauore alli Patriarchi, Primati, Arciueſcoui, e Veſcoui etiam con imporre pene temporali per l'oſſeruanza della detta conſtituzione.

CAP. II.

PROPTEREA mandamus ipſis Medicis vt infra menſem ad ſummum ab harum Conſtitutionum publicatione coràm Nobis ſe omnino pręſentent, ſi aliàs ſe minime pręſentauerint, ad ipſummet iuramentum pręſtandum, vel ad docendum ſe præſtitiſſe, vtq; in futurum nullus in Ciuitate, & Diœceſi noſtra Collenſi mederi audeat, niſi prius præmiſſa obſeruare in manibus noſtris iurauerit, vel aliàs iuraſſe docuerit ſub pœnis in eadem Conſtitutione comminatis atque contentis.

CAP. III.

CAVEANT Medici ne pro ſalute corporali infirmi, aliquid vnquam ipſi ſuadeant, quod in eius animæ periculum conuertatur, qualis eſt fornicatio, pollutio, incantatio, aut quid ſimile, cum anima longe ſit corpore præcioſior: Et quoniam Conſtitutio ipſa præcipit, vt Medici vltra Tertium diem infirmos non viſitent, niſi eis per fidem Confeſſoris in ſcriptis factum conſtiterit, quod infirmi peccata ſua confeſsi fuerint, Propterea Confeſſoribus inungimus atque mandamus, vt audita infirmorum Confeſsione fidem pro Medico aduenienie ipſis relinquant, ſub arbitrij noſtri pœna.

d.c. cum infirmitas. c. præcipimus 12. q. 1.

Idem ſupra de regularib. cap. 7.

CAP. IIII.

CVM Nobis non ſine magni animi noſtri moleſtia innotuerit non nullos huius Diœceſis cum infirmantur ad ipſorum curationem Medicos Iudeos vocare, & adhibere, vnde fit, vt & negligatur ſalutare illud præceptum ab Innoc. III. quondam emiſſum, & à Pio V. innouatum, ſupraq; à Nobis

à Nobis relatum, & magna detur & Hebreis & Chriſtianis delinquendi occaſio: Propterea huic mederi morbo volentes, Conſtitutionum Apoſtolicarum auctoritate diſtrictè inhibemus & interdicimus, ne quis cuiuſuis ſtatus, gradus aut conditionis exiſtat poſthac Iudeos ad Chriſtianorum ægrotantium, & Infirmorum huius Ciuitatis & Diœceſis curam vocet, aut admittat. Quod ſi quis aduerſus hæc facere præſumpſerit, ſi erit infirmus, ei ſacramenta Eccleſiaſtica nullatenus miniſtrentur, & ſic decedēs, Eccleſiaſtica careat ſepultura, ſi infirmi propinqui, ſeu familiares erunt, graui arbitrii noſtri afficiantur pœna. Iudei verò qui vel ſponte, vel vocati, vel etiam rogati ad huiuſmodi curas accedere aut illis intereſſe auſi fuerint, & pœnas in ipſis conſtitutionibus contentas, & alias arbitrio noſtro irrogandas luant. Et vt hoc decretum omnibus innoteſcat, Parochi quot annis initio quadrageſimalis Ieiunii illud publicent, & ægrotantibus ſignificare apto tempore non omittant, præſertim cum Iudeum Medicum ab eis admiſſum eſſe cognouerint.

Cōſt. Paul. 4. incip. cum nimis ædit. pri. Id. Iul. 1555. Conſt. Pij 5. incip. Romanus ædit. 13. Calend. Maij 1566. & alia Greg. 13. incip. alias piæ memorię æd. die 30. Martij 1581.

DE EXCOMMVNICATIONIbus. Rub. XXXXXIII.

CAP. I.

NE ſpiritualis excommunicationis gladius qui Eccleſiaſticæ diſciplinæ neruus eſt contemni magis quàm formidari contingat, Vicarium noſtrum generalem monemus, quod non niſi ex ineuitabili neceſsitate, & propter manifeſtam contumaciam iuxta Sacri Conc. Trid. pręſcriptum eo vtatur, tuncq; competenti monitione præmiſſa, ſeruatiſq; de iure ſeruandis, vt ipſe interdicti ad Eccleſiæ ingreſſu pœnam euitet.

c. De dilecto de ſenten. ex. com. in 6.

Seſſ. 25. ca. 3. de refor. gen.

c. Sacro de ſēten. ex. in anti quis c. 1. & c. cōſt. eo. ti. i 6.

EXCOM-

Digitized by Google

CAP. II.

EXCOMMVNICATIONES illæ,quæ monitionibus præmiſsis ad finem reuelationis, aut pro rebus deperditis aut ſubtractis ferri ſolent, à Vicario noſtro nunquam decernatur niſi ex re non vulgari cauſaq; per ipſum prius diligenter,magnaq; maturitate examinata, vt Conc. Trid. ſatisfiat, iiſq; ſeruatis, quæ Pius V. fel.rec.per quandam ſuam conſtitutionem ſeruari mandauit, In criminalibus verò nunquam concedantur, in alicuius certæ perſonæ infamiam,nec pro rebus quæ adeò non ſint occultæ,vt proríus ignorentur.

Ead.ſeſſ. & c. vt ſup. Incip. Sanctiſſimus i Chriſto publicat. die 27. Iunij 1570.

Reuelationes verò quæ vi ipſarum literarum monitorialium recipiuntur à Parochis ad Vicarium noſtrum obſignatæ trãſmittantur,partibuſq; nullo pacto per Parochos ipſos alioſue executores tradantur,nec perlegende oſtendantur. Vicarius verò ne in iudicio criminali producantur iure iurando eos obſtringat, quorum reuelationes habere intereſt,antequam ipſarum copiam eis decernat; copiam verò nunquam decernet, niſi vbi conſtiterit nullum ſcandalum ex ipſius copiæ conceſsione exoriri poſſe.

Ita reſpondit Congr.Epiſc. Iſernien.Epiſcopo die 15. Apr.1586. & ita Epiſ. Marſien.21.Martij 1589.

CAP. III.

EXCOMMVNICATI ſi poſt legitimas monitiones ad obedientiam Eccleſiaſticam venire detractauerint,non ſolum à ſacramentis & communione fideliũ ac familiaritate abiiciantur ſed ſi indurato animo in excommunicatione, & cenſuris per annum inſorduerint contra eos tanquam de hæreſi ſuſpectos procedatur.

c. Rogo cum ſeq.11.q.3. c. Nulli cum ſeq. c.cum de ſideres cum ſimilib.de ſent. excom. Concil.Trid. d.c.3.in fine.

CAP. IIII.

CAVEANT Sacerdotes ne coràm excommunicatis ſeu interdictis ab ingreſſu Eccleſiæ denunciatis, aut qui pro denunciatis habentur celebrare præſumant, vt ſuſpenſionis incurſum euitent, quod ſi dum Miſſam celebrãt,

c. Epiſcoporum de priu. in 6. c. Is qui de ſenten.excom.in 6.

vel

vel dum diuina officia recitantur excommunicatus, vel interdictus vt ſupra Eccleſiam ingrediatur ad orandum, vel per ipſius ianuam Miſſam audire velit, tunc ſacerdotes vel curent excommunicatum ab Eccleſia abſque tamen ſcandalo & percuſsione expelli, vel ipſi ab Altare diſcedant, ſi canon vel verba conſecrationis cœpta non fuerint, At ſi Canon vel conſecratio cœpta fuerit, tuncq; vſque ad ſumptionem, ne officium maneat imperfectum, Miſſam cum vno miniſtro tantum cæteris omnibus exeuntibus proſequantur, excommunicati verò ſi tunc temporis Eccleſias ingrediantur aut ingreſsi & moniti, vt exeant, non paruerint graui plena plectentur.

Nau. in Man. cap. 25. num. 93. & 94. Sup. de obſeruan. & euit. in celebr. Miſſę, cap. 23. Syl. ver. Excommunic. 5. nu. 3. Tabien. ver. excõm. 8. Nauar. in Manua. c. 27. nu. 34. & alij oẽs

DE POENIS ET ALIIS QVÆ generatim ad has Conſtitutiones pertinent. Rub. XXXXXIIII.

CVM experientia doceat quod vbi pœnarum metus abeſt, ibi patens aditus ad tranſgrediendum relinquitur, & in hoc volumine innumeræ conſtitutiones ſint, in quibus nulla pœna expreſſa reperiatur, propterea vt quos Dei amor à malo non reuocat, reuocet ſaltem pœnarum timor, Nobis Vicarioq; noſtro plenariam facultatem reſeruamus harum conſtitutionum, & cuiuslibet earum tranſgreſſores, vbi pœna non eſt expreſſa, per cenſuras Eccleſiaſticas, carceris, exilii, & per alias etiam pecuniarias pœnas arbitrio noſtro (vltra eas quæ) veteres canones, Apoſtolicæ literæ & ſacra Concilia in eadem peccata conſtituerint, puniendi mulctandi, & corrigendi, prout delicti, perſonæ, temporis, & aliis qualitatibus bene penſatis Nobis ſecundum Deum viſum fuerit expedire.

c. Vt Clericorũ de vita, & honeſt. cleric.

c. De cauſis §. illis etiam de off. deleg.

CAP. II.

SI Clericus vnquam vel laicus ob delicta merè Eccleſiaſtica vel mixti fori mulctandi erunt, quicquid pecuniæ eo nomine exigetur, ſi nominatim certis locis attributum fuerit ipſis aſsignabitur, ſin ſecus,detractis,detrahendis,in vſus pios arbitrio noſtro conuertetur.

CAP. III.

SCIANT omnes tàm Clerici, quàm Laici quod ſi ob delicta per eos commiſſa pecunię mulcta imponenda fuerit,ſi erunt ſoluendo, pecuniaria illa pœna eis rarò, vel nunquam remittetur,quod ſi inopes extiterint, pecuniaria ſalutari aliqua pœna ſeu coertione commutabitur.

l. 1. § generaliter de pęnis.

CAP. IIII.

QVAMCVMQVE facultatem in his conſtitutionibus Nobis reſeruauimus, eandem Vicario noſtro generali conceſſam & reſeruatam eſſe declaramus, dummodo reſeruatio circa ea non ſit quæ proprie ad ordinem Epiſcopalem pertinent, aut in quibus Vicarii à ſacris Canonibus aut à Conc.Trid.vel à Nobis expreſſe excluſi ſunt.

CAP. V.

VT cauillationibus locus nullus & occaſio præbeatur, Conſtitutiones has prout iacent ad literam & ſecundum verborum proprietatem intelligantur, nulla admota aut intenſiua aut extenſiua interpretatione, vltra quam verba ipſa deſignent.

Digitized by Google

CAP. VI.

HAE conſtitutiones quatenus noui aliquid ſtatuunt, aut nouas imponunt pœnas infra menſem ex quo in valuis Cathedralis Eccleſię affixæ fuerint, vim ſuam obtinere, & quoſcumque ligare intelligantur. Ab eo etiam affixionis die earum conſtitutionum temporis initium ſumendum decernimus, quibus aliquid intra certum tempus præſtandum eſt.

CAP. VII.

SI qua in his conſtitutionibus interpr[æ]tandis dificultas orta fuerit, eius interpr[æ]tationem & explicationem Nobis, & in abſentia noſtra Vicario noſtro reſeruamus, ſalua ſemper Apoſtolicę Sedis auctoritate, cui omnia & ſingula in hac Diœceſana Synodo decreta & acta interpretanda, mutanda, emendanda, & corrigenda qua debet obedientiæ propenſione, ac reuerentiæ humilitate ſubiicimus.

CAP. VIII.

DEMVM non ſolum omnia & ſingula in his conſtitutionibus compræhenſa ſed & alia quæcumquæ tàm à Sacris Canonibus, & Apoſtolicis ordinationibus, quàm à Generalibus quibuſcumque Conciliis, pręſertim à Sacroſancta Tridentina Synodo ſtatuta ac definita ſiue Dogmata, ſiue reformatione, & morum correctionem reſpiciant ab omnibus Clericis Ciuitatis & Diœceſis noſtræ Collenſis, ac etiam à ſecularibus quibuſcumque (quod ad eos attinet) ſeruari debere decernimus ſub iuris & arbitrii noſtri pœnis. Mandantes præterea Clericis prædictis vt harum conſtitutionum codicem poſt earum publicationem intra duos menſes habere curent, vt ex earum ſtudio, ac lectione Sup. de Parochis c. 16. quę cauere, quę ſeruare, quę aliis ſeruanda pręcipere, quęue prohibere debeant optime calleant.

Nn EDITTO

Digitized by Google

EDITTO CONTRO li Concubinarii.

VSIMBARDO Vſimbardi per grazia di Dio, & della Sede Apoſtolica primo Veſcouo di Colle &c.

QVANTO ſia graue e deteſtabile il peccato del Concubinato, non ſolo ne Cherici, ma anco ne Laici, e maſsime in quelli, che hauendo moglie in diſprezzo grandiſsimo del Sacramento del Matrimonio ardiſcono tenere vna ò piu Concubine, & in caſa propria, e fuora di caſa, ſi può facilmente cauare dalli tanti ordini, prouiſioni, e conſtituzioni che ſi contengono nelli Sacri Canoni, nel Concilio Tridentino, & in varie Bolle de Sommi Pontefici fatte in materia di Concubinati, e non ad altro effetto, che per ſradicarli, nelle quali ſi comanda coſi ſtrettamēte anco a gl'Ordinarii, di far ogni sforzo etiam cō tutti quelli rimedii oportuni, che conoſceranno neceſſarij per eſtirparli e sradicarli dalle loro Dioceſi, e con comminazione à chi ſarà negligente di douerne render conto à Dio, & al Sommo Pontefice: Però deſiderando Noi per debito del noſtro Paſtorale offizio per le cauſe ſuddette, e per ſalute di molte anime che ſi trouano ſchiaue del Diauolo, e per tor via molte occaſioni di ſcandoli, che li Concubinarii laſcino le Concubine, e viuino vita chriſtiana, & gl'altri ſi guardino per lo auuenire da queſto peccato, e maſsime quelli che ſi ſono dedicati al ſeruigio di Dio, ne quali queſto & ogn'altro è tanto piu brutto e diſdiceuole, e tanto piu nociuo e dannoſo, quanto eſsi piu tenuti ſono con la vita buona e con l'eſempio renderſi tali, che ciaſcuno riguardando in loro come in vno ſpecchio veda & impari coſe degne di lode, & d'imitazione, e non di biaſimo, & da eſſer fuggite, dicendo Santo Agoſtino che nella Chieſa di Dio coſa veruna è di maggior nocumento e danno,

quanto

Digitized by Google

quanto le azzioni men buone e peruerſe di quelli che tengono il nome, e l'ordine ſanto di Sacerdote. Per queſto in eſecuzione delli ordini ſopradetti, in virtù del preſente bando ordiniamo, & eſpreſſamente comandiamo à tutte & ſingule perſone coſi Eccleſiaſtiche, come ſecolari di qualſiuoglia ſtato, grado ò cõdizione ſi ſiano della Città & Dioceſi di Colle che in termine di noue giorni da computarſi dal di della publicazione del preſente editto, de quali, tre ſe li aſſegnano per il primo, tre per il ſecondo, & tre per il terzo vltimo e peremptorio termine, e monizione Canonica, deuino effettualmente hauer laſciato le Concubine, & ogni pratica, & commerzio loro, & eſſerſi ſeparati da eſſe, & dalla loro conſuetudine, ſi che mai piu habbino da tenere pratica, ò amicizia alcuna inſieme, & in modo che il popolo per lo addietro ſcandalezzato per la mala vita poſſa reedificarſi per la loro conuerſione, ſotto la pena alli huomini di ſcudi cinquanta per ciaſcuno e di maggior pena ad arbitrio ſecondo la qualità de caſi, & in ſuſsidio di ſcommunica, & alle Donne che in detto termine non ſi ſaranno ſeparate, e non laſcieranno il commerzio delli Concubinarii per l'auuenire della ſcopa & eſilio della Città & Dioceſi di Colle, & alli Cherici ſotto la medeſima pena pecuniaria, & altre contenute nelli Sacri Canoni, Concilio Tridentino, e Conſtituzioni Apoſtoliche.

Et in particolare per la ſeconda volta, che ſaranno trouati colpeuoli di tal delitto, di ſoſpenſione per vn'anno dall'offizio e benefizio, e per la terza della priuazione, e depoſizione.

Et perche i Cherici debbono mancare non ſolo della colpa, ma d'ogni ſoſpetto di colpa, gli prohibiamo anco ſotto le medeſime pene il tener pratica & amicizia tanto in caſa loro, come fuora, di Donne ſoſpette, e di mala condizione e fama.

Significando di piu à ciaſcuno delli ſopradetti, che ſe laſſando la pratica delle Concubine, che hoggi tengono, ardiranno ò preſumeranno prender nuoua pratica con eſſe, ò con altre, ſi intendino incorrere nella pena ſopraddetta duplicata.

Et

Digitized by Google

Et deſiderando Noi con il preſente editto eſtirpare e togliere via non ſolo li preſenti Concubinati, ma prouedere anco che non ne ſuccedino per lo auuenire, prohibiamo ſotto le medeſime pene, che neſſuna perſona come di ſopra ardiſca per lo auuenire tenere in caſa propria, ò fuori, Concubine, ò Donne tali, che con ſcandolo del popolo ſiano tenute comunemente, e publicate per Concubine.

Nelle quali pene come diſopra dichiariamo incorrere quelli huomini e Donne, ancora che diſprezzando l'indiſſolubile vincolo del Matrimonio coſi da Dio ordinato, ſenza giudizio della Chieſa, ò ſenteuza del Giudice Eccleſiaſtico temerariamente ardiranno ò preſumeranno partirſi dalla commune coabitazione, & ſepararſi dal coniugal letto, ò che hoggi partiti, e ſeparati fra termine di quindici giorni non ritorneranno à coabitare inſieme.

Notificando à ciaſcuno, che delle pene pecuniarie ſene darà la quarta parte allo accuſatore, & à chiunche denunzierà, e che per venire in cognizione delli delinquenti e per punirli e gaſtigargli ſi procederà per via d'accuſatori tanto ſegreti come paleſi, e d'inquiſizione, e ſemplice denunziazione, e per qual'altra via ſi potrà piu oportuna, volendo anco che il preſente editto, ò copia di eſſo publicato & affiſſo à luoghi ſoliti e conſueti, habbia forza, come ſe fuſſe intimato à ciaſcuno perſonalmente. In quorum omnium &c. Dat. Colle in AEdibus noſtris Epiſcopalibus die 2. menſis Iunii 1595.

FLORENTIAE,

In Officina Sermartelliana.

M. D. XCV.

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM SEV RVBRICARVM.

De ABVTENTIBVS ſacra ſcriptura. Rubrica ii. Pag. 6.
Adminiſtratione ſacramentorum. Rubr. xxiij. 121
Atriis, Porticibus, & Clauſtris Eccleſiarum. Rub. x. 39
Baptiſmi ſacramento. Rub. xxiij. 126
Beneficiis pro obtinendis nil exigatur, detur, aut promittatur. Rubr. xviij. 63
Blaſphemis. Rub. xxxxvi. 261
Celebratione Diuinorum officiorum. Rub. xxxiij. 214
Cemeterio. Rub. xi. 40
Cenſibus. Rub 50. 267
Collegio Clericorum. Rub. xxxvij. 335
Collatione Beneficiorum. Rub. xviij. 63
Confraternitatibus laicorum. Rub. xxxxij. 240
Conditiones Requiſita in Cenſibus. 267
Conſtructione Eccleſiæ. Rub. vij. 16
Confirmationis Sacramento. Rub. xxv. 138
Cultu Eccleſiæ. Rub. viij. 31
Cuſtodia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. Rub. viij. 45
Duellis. Rub. L i. 270
Edictum contra eos, qui in Paſcate non ſumpſerint

Oo ſacram

Digitized by Google

ſacram Euchariſtiam. 141
Edictum pro obſeruatione Feſtorum in Diœceſi, & Ciuitate Collenſi. 221
Edictum pro Quadrageſima. 231
Edictum contra Concubinarios. 274
De *Euchariſtia Sacramento. Rub. xxvi.* 142
Examine promouendorum ad Beneficia, & ne aliquid pro ipſis Beneficiis obtinendis exigatur, detur, aut promittatur. Rub. xviij. 63
Examinatoribus Synodalibus, & eorum officio. Rub. xxxix. 236
Excommunicationibus. Rub. Liii. 277
Extrema vnctione. Rub. xxviij. 170
Feſtis diebus rite ſeruandis. Rub. xxxv. 220
Fidei initiis à Parochis tradendis. Rub. iij. 7
Fontibus baptiſmalibus. Rub. xiij. 48
Funeralibus. Rub. xxxij. 204
Funere Clericorum. Rub. 33. 213
Furto. Rub. xxxxviij. 265
Hoſpitalibus, & Piis Locis. Rub. xxxxi. 238
Immaginibus ſacris. Rub. vi. 11
Immunitate Eccleſiaſtica. Rub. viiij. 36
Inuocatione Sanctorum. Rub. vi. 11
Inuentariis Rerum Eccleſiaſticarum faciendis. Rub. xvi. 52
Iudicibus Delegatis. Rub. xxxviij. 236
Libris Prohibitis. Rub. iij. 7
Magicis artibus, Sortilegiis, Diuinationibus, Maleficiis, Superſtitionibuſq; tollendis. Rub. xxxxvij. 262
Male alienatis recuperandis. Rub. xvij. 54
Matrimonij Sacramento. Rub. xxx. 183

De Medi-

Digitized by Google

INDEX.

De Medicis. Rub. L i i. 273
Miraculis. Rub. 5. 8
Monialibus. Rub. xxxxiiij. 250
Non alienandis Rebus Eccleſiæ. Rub. xv. 50
Non vſurpandis Rebus Eccleſiæ. Rub. xvij. 54
Obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ. Rub. xxi. 97
Oratione Quadraginta horarum. Rub. vi. 11
Ordinis Sacramento. Rub. xxix. 175
Parochis eorumq; munere, & officio. Rub. xx. 78
Pœnitentiæ Sacramento. Rub. xxvij. 157
Pœnis, & aliis quæ generatim ad has conſtitutiones pertinent. Rub. L i i i i. 279
Prædicatione Verbi Dei. Rub. xxij. 110
Proceſſionibus, ſeu ſupplicationibus. Rub. xxxi. 199
Profeſſione Fidei. Rub. prima. 1
Quadrageſima, Vigiliis, obſeruationeq; Ieiunij. Rub. xxxvi. 229
Rebus neceſſariis in ſingulis Eccleſiis, in quibus eſt Fons baptiſmalis, & in quibus decantantur Miſſæ ſolemnes. 29
Regularibus. Rub. xxxxiiij. 245
Reliquiis Sanctorum. Rub. v. 8
Repræſentatione Sanctorum. Rub. vi. 11
Reſidentia. Rub. xviij. 73
Sacriſta, & Sacriſtia. Rub. xij. 41
Sepulturis. Rub. xxxij. 204
Summarium Conſtitutionis Pij V. de ſeruandis à Medicis. 274
Supellectilibus Eccleſiarum. 25
Supellectilibus Altarium. 28

De Taber-

De *Tabernaculo Sanctiſsimæ Euchariſtiæ. Rub.xiij.* 45
Teſtibus Synodalibus. Rub. xxxx. 237
Veneratione Reliquiarum. Rub. v. 8
Vita, Habitu, & Honeſtate Clericorum. Rub. xxxxv. 250
Vſu profano ab Eccleſiis, rebuſque ſacris tollendo. Rub. viij. 30
Vſuris. Rub. xxxxviij. 280

FINIS.

Digitized by Google